2598

RAMIREZ
DE
PRADO.

EPISTOL

906

2-H-3

BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor.

VII Y 4

906

Cuenca 70.


x-rite
colorchecker
MSCCPPCC0616
mm
mm
x-rite
MSCCPPPE0616





N.º 10

Epistolario Selecto de Diversos Varones

De la Biblioth.ª del Colegio m.or de Cuenca

Epistolae D. Laurentii Ramires de Prado.

R.f.M.
fr. P.o Ramirez

Tardius rescribis ad Epistolas meas non quia districtus occupationibus
Senec. Ep. 107 & hanc excusationem cave audiam. Vacas & omnes qui
volunt vacant. Neminem res sequuntur ipsi illas
amplexantur & argumentum foelicitatis occupationem putant
Quid ergo fuit quare non protinus rescriberes?
Symmach. lib. 1. Ep. 14 Cur me queso istius Epistolae exortem esse voluisti? Aut
tibi videbar qui judicare non possem aut certe malignus
qui laudare nescirem. Itaque vel ingenio meo vel moribus
plurimum derogasti
Sym. lib. 1. Ep. 1. Sed praeter aequum censent qui inter dispares par obsequium
requirunt. Itaq; vester sermo ex beneficio proficiscitur
noster ex debito velim tacere quid sentiam. velim iusto
de te silentio vindicari. sed admiratio scriptorum sensum
frangit

Lips. cen. 3 Ep. 14 — Injuria literas tuas praesertim sic Latinas exosculatus sum

Plin. lib. 7. Ep. 13 — quae et studere te & non studere significant. Aenigmata loquar ita plane donec distinctius quod sentio enuntiem. Negant enim te studere, sed sunt tam politae quae nisi a studente non possunt scribi Aut es tu super omnes beatus. si talia per desidiam & otium perficis

Ep. 89. Lips. cen. 3. — Talesne ex iis oris & à Theologo? Plures accepi fateor & amicos illic alibi habeo - sed Deum testem invoco non aliud scriptum literatius aut tersius & toto genere eruditius vidisse

Ep. 48 — Nihil tibi ē conjectura damus Sunt in hac ipsa urbe oculati olim arbitri & testes qui te. Sed haec apud te omitto

Symm. lib. 1 Ep. 14 — et desino mei oblitus doloris inhaerere laudibus tuis ne hoc quoq; ad gloriam tuam trahas quod te miramur offensi

Martial. Ep. 15 — et molesti potius quam officiosi esse videamur.

Lips. Cent. 3 Ep. 51 — Oblationem amicitiae tuae sic amplector ut Amicitiam ipsam vellem si conspiciendam se mortalibus oculis daret: sed tu habitulum et sedes eius esto & in te Venerem hanc & colam. Vis dextram Fidei in aede testem? habes hîc impressam etsi coram ipsam dare & iungere mihi spes est cum te videbo. Interea susceptū laborem scribendi insuper non habeas nec modo subeas modo recuses

Verecor

plin. lib. 4 Ep. 9 Vereor ne te animi vires iterato labore deserant
quem difficilius est repetere quam jungere. Ut
enim faces ignem assidua concussione custodiunt
dimissum aegerrimè reparant sic fauentis calor
continuatione ~~servatur~~ & intercapedine quasi
remissione languescit a

pli. lib. 2. Ep. 11. adnotatumq; est experimentis quo fauor acres & vehementes
primos impetus habet paulatim remissione quasi restincta concidit

pl. Ep. 5. lib. 11. Longius me ~~proced~~ provexit dulcedo quaedam tecum loquendi & verborū
suauitas aliena Ex ea equidem epistolam condidi

pl. lib. 2. Ep. 5. Nam sicut veremur ne quibusdam pars aliqua secundum suam
cujusque nātam non probetur ita videmur posse confidere ut
vniuersi~~s~~itatem omnibus varietas ipsa commendet. Nam & in
ratione conviviorum quamuis à plerisq; cibis singuli temperemus,
totam tamen cenam laudare omnes solemus: Neq; ea quae
stomachus noster recusat adimunt gratiam illis quibus capitur

Sen. Ep. 85 Apes, ut ajunt, debemus imitari quae vagantur & flores ad
mel faciendum idoneos ~~capiunt~~ carpunt. Deinde quicquid
attulere disponunt ac per favos dirigunt: & (ut virgilius
noster ait) — liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas

Plin. lib. 2. ep. 5. Atq; hoc sic accipi volo non tanquam assecutum esse me credam:
sed adsequi laboraverim.
In summa nisi aeque longam Epistolam reddis non est quod

Plin. lib. 2 Ep 12 postea nisi brevissimam expectes

Sen. Ep 11. 3. Jubeo te habere mentem bonam, hoc est propitios Deos omnes
quos habet placatos & favontes quisquis sibi se propitiavit.
Ne ignores, aliena non propria manus scripsit: mancus sum
ut Juvenalis ait & Extinctae corpus non utile dextrae.

Iusto Lipsio V. CL. regio historiographo.

Si quisquam est qui te Lipsi ex animo diligat & divinum istud
ingenium admiratione prosequatur cum me esse profiteor
optavi iam diu (quoniam vitae meae rationes non patiuntur
ad te ire tuoq3 jucundissimo aspectu frui) te saltim literis
salutare. prohibuit hoc officium tanti nominis Tui reverentia.
Nunc autem mutatâ sententiâ id praesto: quod expertus
sim Tuam summam in omnes literarum studiosos humanitatem
Testes mihi locupletissimae Epistolarum Centuriae ex quibus video
quàm aequo animo inter gravissimas occupationes tuas quibus
summo Reip. bono semper distineris legere soleas aliorũ literas
atq3 iis benignissimè respondere. Accessit ad haec aduentus
eruditissimi viri M. Antonii Delrii qui quàm perse gratissimus
mihi fuit. tum quod multa mihi de te jucunde narrare soleat
quibus quotidie me magis ad scribendum accendit. Quid
quod et ipse suis istis litteris viam mihi ad tuam amicitiam
aperire voluit quam ego pro mea virili munio mittendo ad
te sancti Orientii libello tibi noto & quem maximam
partem tuo politissimo judicio debebamus apud nos mea
opera iterum excuso & a Delrio recognito. Hoc habe mei
μνημόσυνον & meae in te benevolentiae signum.
Salmanticae ubi multos annos studiorum causâ
commoratus sum nunc consedi Parens meus apud potentis-
simum Regem nostrum PHILIPPUM degit in Supremo
eius Consilio & Regium patrimonium administrans, Vir &
Juris cognitione & rerum usu celebris & qui non infimum
apud Regem gratiae locum obtinet. Haec ab eo summa virtute

parta a me commemorantur non ostentandi mei
caussa sed vt intelligas amicum te esse habiturum
si me amplecti volueris cui tutò possis aliquid committere
ad quod faciendum saltem non deerit propensa erga te
voluntas & certa fides. Superioribus diebus Ferdinandus
de Milan Vlisponensis Taciti studiosus cum ad me
venisset & de ejus auctoris loco de cujus interpreta=
tione ambigebat teqz consuluerat me compellasset
legi libentissime Epistolam tuam ad se missam. qua
paucissimis verbis tenebras discutiebas. Sed offusa
ei loco caligo, hominem adhuc oculos aperire nō sinit
Ego ope veteris cuiusdam codicis levissima immutatione
visus ei sum rem attigisse Legitur extremo libro 3.
Annal. locus ille his verbis Eadem & habet codex meus
Quippe alta parente geniti. hoc sensu Sillanum ex
nobilissima matre natum, ideoqz reddita eiusdem filio
aviae bona ne scilicet tantae feminae nepos bonis
aviae privaretur cum satis videretur multari patris
peccato in ceteris bonis. Videbis forte Hispanam
audaciam Sed tu idem nos docuisti veteres membranas
suspicere Delrius meo nomine a te petit vt si aliquid
ad manum habes in Martialem quem Hispanū Poetam
Hispanus depereo ad nos mittas id mihi gratissimum fore
scias velim. Vale nostri seculi decus & litterarum lumen.

Iustus Lipsius D. Laurentio Ramirez
De Prado. v. N. S. M. D.

An non audacter ad me adeas DELRIO meo inducente?
Veni, veni brachiis corporis & animi (istud certe) amplectende
sicut virum illum velim malè nobis creptum. Illud ipsum
aegre est in amantis animo tam bene illic esse & tui similes
reperire qui demulcere possint & detinere. Sed revoco sit ei optime
& quoniam Noster esse non vult aut non potest habeat amicos
virtute & doctrina sua dignos: inter eos Te vel primarium
mi Ramirezi Non aliter Tu quidem poteris qui natura &
studio ad optimas artes es factus: Non aliter, inquam, quam
ut ferrum occulta vi trahitur a magnete sic Tu abillis &
antistite ~~m~~ carum illo Nostro. Ergo sincere amicitiam tuam
admitto sive etiam appeto: & quanquam non longum fortasse
(ut valetudo mea est) colam: tamen puriter colam & solemni
meo scito MORIBUS ANTIQUUS. Qui mores quin & TIBI
placeant haud ambigo: utinam pluribus in Hispania
vestra & recipiat veterem splendorem! De Taciti loco
dixi quid sentirem: nec aliud poene manu est: Tuum
non aperno si dixisset expressius tali aut tali parente
geniti. In Martiali te esse gaudeo. Quae habui plera
communicavi cum Radero videbo si qua Analecta
erunt, & tibi erunt. Ama me, ama Delrium, aut neutrum.
Lovanii III Nonas Febr. ∞ IↃCV
De orientio gratia esto: vellem a me haberes antidorum
& haberes, si via mittendi esset.

I. Lipsio V. CL. D. Laurentius Ramirez
De Prado S. P. D.

Humanitati tuae summae in omnes bonas & literarū amatores fidebam satis. Quantamerga me video numquā expectavi Tune dignatus hominem peregrinum inter cultores admittere? qui hinc & illinc tanti.' Gratias agat qui referre queat. Ego, nec verbis quidem. satisfacere possū. Qui persolvam? cum tot imputes & nihil debeas? Tibi debeo Detrio imputo qui prēiuit vt diuinam Tuā Amicitiam deprecatus lustratione puri ac sinceri animi possemeius penetralia sacra ~~#~~ingere
O vtinam & ingredi. Cumergo in aere tuotim nec solvendo Nam tibi q solvat non habet arca Jovis.
decoquam certe ni voluntatem in dispūctione mmeres. Sed heu dolor prorumpit. DECRWS (vt arbitrabamur) Noster nescio quo se confert & castra movet diripiunt cum certatim potentiores & nobis eripiunt. Tali gemma illustrare Hispaniā non pergit quae micat inter omnes
—velut inter ignes
Luna minores
Valetudinem caussatus & coeli iniurias injuriâ forte nobis ~~to~~ inhospitalitatis inuret notam. Solantur nos aliqui incertas speculâ fore vt Vallisoleti gradū sistat: Si id certum, sequar ego, & domi apud meos assequar & fruar
—sedes vbi fata quietas
ostendunt.

De exitu certiorem te faciam. Nunc verò Analecta
tua in Martialem iterum atque iterum peto & appeto
magis quam ~~duli~~ aliorum eruditia atq; bellaria.
Vale decus Musarum. Vale. Salmanticae XIII Kal
Mai. CIↃ IↃCV

Tuas mihi jucundissimas literas accepi Laurenti ornatissime
ex quibus Te magno & excellenti ingenio adolescentem agnosco
quidum tuam per aetatem extenuare ac imminuere vij industriam
eam mihi commendatiorem & clariorem facis. Facis quidem vt decet
adolescentem ad modestiam & pietatem instructum facis vt decet
patrem quem ad omnem virtutem & Reip. gubernationem natum
existimo. Cui plane plurimum debeo cum meorū studiorum
majorem quam res ipsa sit existimationem fecerit. Ob quam
causam & ob tuam a majoribus tuis nobilitatem non modo
acceptam sed dominatam quam tu clarissimis ingenii tui lumi
nibus illustras te plurimū diligo. Mitto igitur quem optas
librū de potestate coactiua quem olim dū res meae florebāt
Romae edidi vna cū Paraenesi ad causam Henrici
Borboni quam habebam ad manum Librum de osculo
pedum Romani Pontificis reperire non potui: dabo tamen
sedulò operam vt ad te omnia quam citissime trasmittātur
vna cū opusculo de Cultu minuendo & defensione Rosarii
Virginis MARIAE quae omnia Romae excusa sunt Proemo
nunc opus omni eruditione refertū de vocum Ecclesiasticarum
significatione in viginti tres libros distributum: Et aliud
opus citissime excuderem de priuilegijs Sedis Apostolicae, vna
cum aliis studijs ad Hyspaniae mores & dignitatem ornandam
miti mediuturni labores a meis subditis conflati quos perfero
pro Christi amore patientissimè alio animum abduxissent abstra-
xissentq; Parentem tuum virū clarissimum meo nomine plu-
rimum salutabis, meamq; aduersus eum voluntatem testatissimā
facies. Vale. Alicanti Kal. Jun. 1603.

Tuus ex animo
Josephus Eps Aurelianus

Rmo D. ac D. Josepho Stephano
Præsuli Oriolano S. P. D

Bis positam crambem mortem esse
Illme præsul verum est Et verum. me in eadem
chorda aberrantem nauseam tibi mouere frigidae
ac elumbis epistolæ fastidio aduersus quã difficile est
habere quotidie bonũ stomachũ. Sed ne stomacheris
obsecro quamuis enim solis insipientibus bis ad
eundem lapidem impingere concedatur: haud
ego iterum scribens inciuilis videar Naturalis
& ingenita in te affectio animũ ad scribendum
appulit Spectare noli sim juuenis qui loquor
& natus averso fonte sororũ tecũ illustri ac
literato viro. Ansam mihi dedit quod est scriptũ
Ecclesiast. c. 8. Cave ne cũ homine indisciplinato
colludas, Et Ludere quæ vellem calamo permisit agresti
Hæc vt de crimine audaciæ meæ solvar dicta suf
ficiant Nunc immortales gratias ago pro munere
literario misso: agamq dũ viuam (relaturũ me
affirmare non possum) si omnia opera, vti promittis,
mittas Missa tantũ habeo coetera aueo teq
videre & ~~voce~~ voce quæ nunc litteris coram dicere.
Interim complexus sum cogitatione te absentem
Epistolam ac libros osculatus. hi vera absentis vestigia
veras notas afferunt Vt apud quosdam Libiæ populos
quoniam vxores communes sunt liberi ad formarum
similitudinem distribuuntur Sic libri certa domini
signati figura qqs indice non opus est nec vindice

verum patrem agnoscunt & Josephum eximiū vbique
sonant Sunt aurei vndiqz gemmis distincti variis florū
coloribus ornati: non plumbei verbis & rebus haud re=
ferti vt fere omnes quorū auctoribus scopus hic est vt pagina
turgescat quo pluris veneat in hoc sunt intenti in hoc
solum nauim votorum dirigunt ac regunt tandemqz scopum
~~imm~~ imò scopulum offendunt. Apud Romanos lex fuit lata
vt nullus aliquis componeret ni prius ad Ædiles accessisset
qui cum scriptoris vires perpendissent secundum ingenii
capacitatem & doctrinam componendi facultatem dabant
O vtinam vt olim nunc & portenta & monstra librorum
ex officio monstra ab Ædilibus ex vrbe pulsa Martial.
lib. 11. Ep. 103 Ædiles aqua fluminis purgarent Ipsa
suas melius charta nataret aquas. Ne mireris hæc dicta
ab indignante facit indignatio versum Quales forsan
ego scribo altum satyra sumente cothurnum Sed
Satyrae foras. Tu + verò quem Deus, natura Fortuna
omnibus ornatum voluere excellere rebus Opus
de vocum Ecclesiasticarū significatione fac vt quā
citò & sedulo excudatur

Ante fores stantem dubitas admittere famam?
Sed iam talem qualis decet virum Illmū habes deque
ea longa oratione verba facerem ni ex Euripide didicissem
laudibus honestos viros quodammodo molestia affici & encomia
aliena Epistolæ veramqz laudem tibi silentium esse judi-
cassem. Nam qui fauoris gloriam veri petit animo
magis quam voce laudari volet Aliaqz studia in
vmbra vt ita dixerim educata nec in umbra habeas

psalmographus
ps. 65 Hebraice
הדוציה
ההלה

nec premas sed in lucem emitte nec labores
a subditis conflati impedient Isay. c. 40
Dominus dat lasso virtutem & his qui non
sunt [fortes] fortitudinem & robur multipli-
cat deficient pueri & laborabunt & juuenes
in infirmitate cadent Qui autem sperant in
Domino mutabunt fortitudinem assument
pennas sicut aquilae current & non laborabūt
ambulabunt & non deficient. Iob 12 Dissol-
vit enim baltheum regum & tanquā milites
exauctoratos é militia & lite ignominiosa
missione distinctos baltheoq; priuatos
mittit Vnde & praecingit fune renes eorū
Cadent ii qui tanquam & carabei Aquilam
quaerunt, sic voveo. Omen accipe. votoq;
Epistolae finem ponam q̄ iam manum
sinistram implet. Parens meus de quibus
poteram suo nomine litteris te certiorē facit.
Vive & vale: nam non est viuere sed valere
vita. Vallis oleti VI Kal. Aug. anno Sal.
CIↃ DCIII.

D Laurentius Ramirez de Prado.

Suet. in Augusto c. 24
L. q. ait §. 1.
Infames ff qui not. infam.

D. Laurentio Ramirez Prado lectissimo adolescenti.

Prudens & incorruptus magistratus Laurenti optime cives probos & integros reddit, doctus ac diligens præceptor eruditum facit discipulū bonus ac sollicitus paterfamilias domum ad virtutem componit & qui fortem designat ducem is facit vt milites ni exercitese strenue gerant. Scientia & doctrina conciuitæ sapientū comparatur mores bonorū exemplo ad probitatem & innocentiā componuntur & virtutū cultores seuerissim ad honestas & præclaras excitant actiones Ita Theognides Disce sed à doctis felix tu quidem qui nactus es parentem optimum eruditū tui formatorem & magistrum prudentissimum ducem præclarum ad res honestissimas qui ingeniū tuū eximijs naturæ muneribus ornatum tanto diligentius excolit & ingenuis artibus instituit quantò illud ad vberrimos doctrinæ & eruditionis fructus ferendos aptius experitur. Perlegi non absq animi voluptate epistolam tuam totam ingeniosam totam præditam artibus & omni doctrinæ genere ex cultam: in qua non Græci alicuius quotidianam loquacitatem neq ex scholijs cantilenam sed patrij tui omniū sapientissimi & eloquentissimi in maximis & grauissimis causis in hac luce imperii & gloriæ consilio lingua & doctrina principis grauitatem & eruditionem refers. Noua carmina dicebat Pindarus gratiora sunt cum nouitate & elegantia audientium aures mira voluptate perfundūt vetera graviora quæ auctoritate & dignitate animos afficiunt. Vtrumq complexus es tua Epistola tā expolita

ingenio & industria elaborata quæ vt antiquitatem redolet sic varietate & dicendi vbertate delectat Ain tu bis cramben & eandem chordam? imò & tua barbito & nouo plectro animū excitas & dicendi suauitate permulces. Iurisconsultos sacerdotes appellas Iustinianus tum q̄ res sacras & religiosas pertractent Iustitiæ & æquitatis cultores sint tum q̄ personas Deo addictas doctrina sua consilio & auctoritate defendant. Præstitisti tu quidem etiā lectissime iuuenis cum sacræ scripturæ doctrinam cum Papinianū legibus conjungis & me id est nostros ad libros Machabeorū commētarios & disputationem de vnica Religione aliaq̄ adte transmissa tam eximie commendes resq̄ nostras tanto studio & benevolentia complectaris. Stude interim & nostri meminisse & quæ tam felicibus auspiciis in me amādo cœpta sunt prosequi & parentem tuū, virū eximiū & præstantissimū ad vivum exprimere eiusque vitā mores & doctrinam imitari & quæ vltra vires tuas in hac ætate senseris quæq̄ in parente merito omnes miramur & probamus assequi pro tua virili parte contende Ego verò licet molestiis & negotiorū fluctibus discrucier infirma valetudine præpeditus tamen enim a periculoso dysenteriæ & ardentis febris morbo conualesco: dabo tamen

operam nactus otium vt reliquas lucubrationes nostras breuiter typis excudam. Interim Deū Opt. Max. deprecor vt majores in dies tibi virtutū doctrinæ & felicitatis accessiones fiant & parens tuus vir integerrimus mihi multis nominibus charissimus ad majores dignitates efferatur. Vale. Alicanthi Kal. Septemb. Anno Dñi M.DCIII.

vide quantū te amem vt vix morbo solutus ac liber statim ad te rescripserim. Meum Secretarium vt parentis auctoritate & tuis consiliis iuues etiam atq; etiam oro

Tuus ex animo
Josephus Eps Orolanus.

Rmo D. ac D.
Josepho Stephano
Præsuli.
Orolano.

Etsi paucis ab hinc diebus Illme præsul vltimis tuis literis meas dedi Tamen eas non scribere haud quaquam potui cum Ludovicus tibi a secretis esse offerat tabellarium adversae tuae valetudinis causâ. Doleo equidem cum tot tamq; grauibus morbis elanguescas & tædia in dies calentes toties expertum eas. Sed vt purum putumq; aurū fulvū in igne spectatur ac exploratur sic Amor adversus Deum afflictionibus micat magisq; lucet & probatur Faxit ille vt tranquilla & prospera vtriusq; hominis salute diu tibi frui liceat quò omnibus tua solida ac perpolita doctrina vti libeat Spero te coram quæ nunc verbis dicere nescio quid garriunt in aures de profectu Regis in Valentiam Pater comes ad latus eius hæret & ego ad ipsius serui a memoria officium geram vt in cœptis grauibus inceptis & magna professis majora in dies videamus majoribus

honoribus a te adeptis. Parens in te propensior est omnibus
Hoc Ludovico enarrandum relinquo mihi interdico
Domesticum testimonium jure non admittitur Dion lib. 43
& cum nemo plura majoraqz conferre in homines beneficia
debeat quam qui maxime potest ideo in benefaciendo
ducit noctes diesqz omnes Tibi non rescripsit, angebatur
enim angustia temporis. tempore dato rescribet
Quapropter absoluenda est intermissio litterarū: præcipue
si Nestorem Ajaci dicentem audis οὐ μέμφομαι σε
δρῶν γὰρ εὖ, κακῶς λέγεις. Amico benefacienti
quamuis injuriam irroget parcendū est ~~Quid amico?~~
quid amico? qui
Iam nunc dicit iam nunc debentia dici
pleraqz differt & præsens in tempus omittit.

Hunc testem pro me in Judicio voco & de his nec fo^u
addam nam illud Æschili sequor οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι
ambitiosa semper recidens monente Lyrico. In animo
habui à te petere vt aliquot antiquitatū monumenta mihi
nūc remitteres monumenta amicitiæ inter nos denūtiatæ
& foederis si non demereor nec tibi est molestū mitte &
in me permagnū collato beneficio non ingrato gratū
me profitebor dū vita spirabo mea & grati animi
significationem quamcumqz potero præbebo

Vale Ill^me præsul Non. Nouembr. 1[illegible]cIII.

+

Rupisti silentium ei me Inuidia nō de me triumphas: debuissem ego officium praevertere & tuas praeoccupare. Sed haec laus tua & obuia humanitas Errores tui jam ad me perlati & nescio qua de parente tuo mestitata qui te noluit aulicū sed litterarium non in Curia sed in studio. Est haec tua indoles & bonus genius naturę quo parenti tuo paruisti. Perge vt facis nec te poeniteat calamo triuisse labellum Haec eadem vt scirent quid non facerent alii! Ne inquam te poeniteat versari in bonis studiis praesertim sub magno Doctore Quem miror ad me salute mittere nisi contingis ipse. Nam indoluit ille de rapina mea graviter & in me acerbus fuit. Sed quid ego facerem! sudaueram & alsoram praeceptiones illas. Res mea tenebatur. vindicanj. Juste ille fateor iratus est, iuste alii proceres vestra Academia sed juste ego quoq3 rem meam clam (quando alias requiui) asserui. Quin jussus fui hoc facere abeo cui debebam parere Redde illi salutes quas ad me mittit & magnas cumula. Cassaubonus in Campridiū mihi hactenus invisus. Adibo Franc. hunc quem nominas Habeo iam Brodaeū, gratare, sed non tuum nam ille tanquam ad me perlatus scripseras te misisse honestum scilicet mendacium Amas mihi crede libros tuos & in hoc (monenti parce) te alium requiro. Mihi certe non fidis quando libros non credis nec me amas nec mea studia: hoc si esset mitteres de tua grandi supellectile. Nihil volo donatū, tantùm commodatū sed subsisto. Nam vt spero te Deus huc perducit vbi facile & tuo consortio juuabor

& tuis scriniis Tendo ad Virgiliū cuius nodū proponis
Vel hoc ipso tu sapiens quod videris diffi cultatem
nam nostri interpretes qui soluāt qui non dubitant?
Querelæ illæ amantis & perditi Pastoris sub æstum iactate ...
.... Neq; vero sub finem Eclogæ capiendus Poeta de
vera semiputatione habere vitem semiputatam
vel ~~bibere~~ bibere viuere ex vite semiputata perinde valet
ac ire Anticyras. Itaq; pastor prouerbialiter locutus est
hac sententia. Quæ te capit dementia? eges helleboro
Quin age. molire aliquid &c Ac ne me lassem trāscribendo
Scias quæ dixi esse vera Tu Serviū lege & Juniū Philargyriū
qui adnexus Servio Petri Danielis. hic tibi ad manum
suppetet. Sed et si quid acumen tuū penetrando invenerit
id solum mitte vt adjungam Servio & Philargyrio. Plagiarius
non ero Laus erit penes te in meo opere Tu Vale mi
Laurenti Matriti 25 Januar. ann. 1604.

Ju Luys de la Cerda.

Mitte ad me locū vbi agas vicū dico aut compitū quo ego possim
litteras destinare in ipsa inscriptione
deinde si scis mittas ad me quid scripserit Gulielmus Modicus
Variasne an Miscellā an Aduersariā Citat sæpe Pontanus
librū eius sed non nominat. tantùm enim ait Gul. Modic.
lib. X. cog. X opere abstinet Iterū vale. A
Addam quiddam non ingratū Tuæ lrāe mihi gratæ fuerūt
& eo gratiores quò eod. vespere ego cū viro docto Nrē
Societatis locū illū quē tu rogabas expenderā & legeram
Laudaverat ille explicationem meam Vix discessit à me
cum datæ tuæ Legi illas & statim pertuli qui mirū
in modū delectatus est tum ingenio tuo tū politissimis
literis tum ipsa rerū sibi adnexarū successione Iā ter vale.

Soteria misisti amico a morbo recreato Accepi literas vera
munera alia caduca

Scindentur vestes gemma frangentur & aurū
Solaqꝫ non norūt haec monumenta mori

Amorij enim sunt monumenta pruritu quodam laborauj &
granorū maculis innumeris fuj distinctus non distinctis aliis
alia adhaerebant Hic morbus subputidulus est Vulgo Sarappion
cognominatur Miraris & me puerorū more languentem irrides
nasutus ne rhonchum ducas Nam si nostri bene computantur
annj & quantū tetrica tulere febres aut langor grauis aut
mali dolores A vita meliore separentur Infantes sum & senes
videmur. Videor me pauciores annos habere quā numero
& cogito immaturū mori Quando instate suo vultus! Quando
animus intrepidus! Quando. Sed heus ignosce quaeso declamatorie
non familiariter tibi irridendum me propino. Puer ergo sū
si ducas quantū vixi bene si quantū male centesimus
mihi vel supra premitur annus.

Nam mea per longos si quis mala digerat annos
Crede mihi Pylio Nestore major ero.

Si senex sū vt senex a sententia tua discedo in eam
alioqui manibus pedibusqꝫ iturus. Sed nunc ad limen ictus
eos resisto Jam sū senex vides Metamorphosim.
o quam bellē! qui inquis! Audeo à sententia tua discedere
alioquin, puer manibus pedibusqꝫ in eam iturus num vero
ad limen ictus resisto Servium Philargiriū legi: Serviū
intellexi, ab hoc cave illi ne credas homini imperito
Epitheton umbrosa viti non ulmo assignanti. Uterqꝫ
coecutit uterqꝫ tenebras explorat inertes Vertigatqꝫ focū

& non inuenit. prouerbialiter errant & utriusq; error
in proverbium ibit Ad rem deuenio ne pagina turgescat
& nauseam moueat: Verum pure putiq; intellectu
accipe. Illud semiputata non ad putationē referas
sed ad foliorum denudationē. Vites enim quae vlmis
maritabantur vt optima esset vini coctura solebāt
frondibus denudari quo radijs solis valentius matu-
rarentur Hoc cooperat Corydon facere & reliquerat
dimidiatū opus conqueriturq; de sua negligentia qua
timet fore vt uua sub foliis latentes acerba maneāt
q; innuit Epitheto vlmi quam frondosā nominat q;
eam imputatā & vitem semi reliquerat frondibus obtectā
Hoc autem nociuū est vuis vt Georg. 2. fusu. 409.

Bis vitibus ingruit umbra.

& ideò eligebantur arbores minus frondosae ad vites
maritandas de qua electione scribit Plin. lib. 17. c. 23
vbi vlmū praefert coeteris exceptā atinea quae ppter
nimiam frondem non est utilis huic rei & alijs quae ibi
enumerat vt intelligas Corydonis dānū esse q; vlmus
non esset spoliata suis frondibus & vitis semiputata
Haec sunt quae vera duco si vera laus senij & illi
hoc habeant quia ego haec. si falsa puerū corrige
& acumen haud despice Doctori anonymo lege cui
salutē mitto & mei Balthasaris tibi remitto.
De vindicatione a querela & à rapina manū abstineo
Inter vos est, inter vos sit, Comitem lege & signa
mitteq; D. Franco de Sardeneta vt videas nūquā
me honeste nec inhoneste mentitū fuisse fidē soluj
fideq; quidem at non fidenter. timui ne me sordidū

& auarum judicasses sed ad meliorem frugem revertar doctus a Poeta dicam libere meo Martialis est ille Epigrammatographus qui diuine vt omnia

Quotiès amico diuiti nil donat
O Quintiane liberalis est pauper.

Grandem enim supellectilem habes librorū & nunc ego paruam sed Deo volente dabitur inuisendi tui copia tunc ad inuicem accōmodabimus Francisci Modii Brugensis Nouas antiquas Lectiones habeo Gulielmū Mod opera minime Nec vnqꝫ audiui locū in quo Pontanus eū citet Mitte & ad me literas quam cito scito situ ædiū hic est contra templum D. Pauli vulgo San Polo Hac inscriptione dirige & vale Salmanticæ Kal. Februar.

Accepi nuperas tuas plenas acuminis & salis in me Critici Mihi nūc parum otii ad scribendū, ero alias longior Tuæ quæ ad Sardenetā integrę apud me seruantur: ille hinc nunc abest. De loco Poetae vt acumen laudo ita veritatē requiro in Critico judicio. Tu mihi fortasse non credes sed potes Certe Plinii locū quem indicas viderā & notaverā id tantū dico vt veritatem aperiam non q̄ didicisse à te pudeat immo hoc pono in precio & honore sed certe neqꝫ praeuisus antea Plinius neqꝫ posteriores tuę me de sententia dimouent. Vtinam iudiciū tuū & quae sentis adstrueres vt ego libentissime cederē concederē! Putare, & signatè semiputare est aliud à nudare & denudare Voces Latii pervertis vt adstruas acumen tuū. Cuperent me hercle Majestatis

dānati non putari sibi & trūcari caput, fatū
nudari. Lex rata esset galero ademtu & salūu
caput. Sane vites putantur quę locutio Signat
sarmentum ex illis sectum & nudantur frondibus
vt maturius coquantur sole Hoc si vellet vates
atq; numerose diceret denudata tibi frondosa
vitis in vlmo est & statim adderet Abi denuda
Non hoc dicit sed fac aliquid ex vi iunco &
vimine. Non te me reprehenderes si ego ita
me cū loquerer' imparatus tibi o Johannes est
equus heri tui, abi coenā compara. Debuisse
potius Imparatus tibi est equus, abi equum
compara. Dictū habe. Deinde, non video
cur non essent duo illi quos adduco formam
adagii constituere? quot sunt in Erasmo in aliis
non tam firmo nixa fulcro? Neq; vero ego
omnia accipio quę illi dicūt sed ex illorū lectu
est gemma quā tollo. Vtinam! dico iterū
sententia tua bene esset firmata Nam Plinij
locus nihil pro te Tu pro me Deū vale
Matrit Februar. 14/1604/.

Ju. L. de la Cerda

Binis tuis haec tua liberalitas est, vnas do, hic meus pudor
binis inquam tuis Latinis primis Hispanis nuperis
do Latinas vnas Nulla me tui obliuio cepit quod videris
suspicari cepit fluor ventris qui me si non ad fati limen
perduxit afflixit fecitq; languidulū at nunc non satis
firma manu scribo firmo semper in te amore Non satis
queo mirari illarū quas Latine scripsisti elegantiam digni
tatem splendorem. Sed a te quid non speciosū! Cresce
macte virtute macte annis macte literis Iamque ex Virgilio
scripsisti non solū pulchra & nitida sed plena eruditionis &
doctrinę Laudo Geniū & ingenium tuū & me beatū puto qui
te talem nactus talem sortitus. Baronii nil ad me praesertim
tam grandi aere sue.. illi altioris doctrinae & recondituris
& ad humaniora nostra divina illa parū consentanea
profani ab his sacris arcemur Si vero aliquando es cam
domi sunt omnes Quod scribis de notis Casauboni
in Lampridium & comites gratum Habeo illius Notas in
Suetonium non in alios. Itaq; si separata ista ab illis
emas obsecro & serves: Scribam ad quendam qui tibi in manus
eas ponet ac tunc illi dabis. Brodaeus nondū a me per latus
vide cui commiseris. De Pontano quid dicā? Vide ac pene
lustravi nec me terruit Iubes vt ad tedem locū aliquē
Virgilii ex mea observatione pareo in 7° Excitatus à
somno Turnus [Arma amens fremit, arma toro tectisq; requirit]
Hic ego morem vidi hodie paulò ante quā sumerē calamū
ad has litteras & nemo illū ante me Solitū veteribus arma

appendere supra caput ad quem cunqꝫ casū sive in lecto cū dormirent sive cū essent in cōuiuio. Hæc ergo arma quæ cū iret cubitū Turnus suspenderat nunc in toro quærit Lux dupplex ad hunc morem prima à sacris litteris in historia viraginis Judith sic enim cap. 13. (cū hæc dixisset accessit ad colūnā quæ erat ad caput lectuli eius & pugionem eius qui inea ligatus pendebat exsoluit &c. Altera ab Livio lib. 39. apud quem L. Quintius in conuiuio gladiū suū stringit [qui ~~ea~~ supra caput pendebat] quo Gallo cuidam caput percussit. Hactenus ego. si quid observaueris ad hunc morem suppedita. Scio enim te hoc animo id à me petere vt inchoata à me perficias & tenebras meas illustres Vale quantū te volo valere Matriti 24 Sept. ann. 163.

Tuus Jo. Luys de la Cerda.

His scriptis occurrit Taciti locus in lib. Annal. is qui videtur firmare meā observationē [telū quoqꝫ in ipsius necem paratū ostendit, acciriqꝫ reū iussit is raptus per milites & defensionē ortus: ferrū cuius arguueretur olim religione patria, cultū & in cubiculo habitū ac fraude liberti subreptū respōdit] Sed hæc tantū abludunt nam de appensione nihil faciunt tamen aliquid, nam cubiculū proprie in quo dormimus & vbi lectus.

Adde eundem Virgil. lib. 6. Aneid

Egregia interea conjux arma omnia tectis
Emovet & capiti fidū subduxerat ensem.

Et lib. 4 Aneid fus. 507 Dido vt moris erat ensē relictū ab Anea toro locat Quintil. in pariete palmato habuerat adolescens gladiū in cubiculo suo semper siue anteq̄ in hanc fortunā incideret siue quia coecitatis miserae solatiū est Et paulò post his verb. Cur ergo inquis gladiū in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper. post deinde. Ante gladiū illum familiarem oculis tuis feci ante omnibus seruulis notū. pependit in cubiculo tanq̄ testis conscientiae meae palam in medio negligenter. Ex his Taciti locus bene ad hunc morem facit pependerat enim gladius in cubiculo & cubiculū erat ꝓprie vbi lectus Adde Sueton. c. 17. Domitiani & Xiphilinus e Dione in eius vita in f° 348. Et nota ꝯ in Suetonio coetera elucesco Adde Senecā Ep. 24.

Gaudiū par desiderio tuae gemmatae Epistolae ipsa mihi attulit R^c P^r laudas vituperanda & tanq̄ apis ex quocūq̄ flore libato mel generas ore melle dulciori & tuam in me affectionē mihi gratulor beneficia in memoria habeo ne ingratus videar & in seruitute me cōstituas . . . esse cui sū addictus & dedititius semper. Quod ea quae de tegularia cumulauj haud sint negligenda imò tuā obseruationē illustrent laetitia afficior. Oleū & operam non perdidi ꝙ lucubrationum mearū premiū esse duco & ad majora & difficiliora investigāda ac interpretanda animū allicit. Aliquot Virgilii dicta velut ab Sphinge prolata subinde ad manus noviter extricata se praebent & tanq̄ ab Oedipo declarata. Omnia huic Eplae

non inseram ne fastidieris & tu multuaria
indigestaq3 interpretationū mole pagina turgescat
Tantū selectiora subscribam. 1ū est lib. 11. Aneid. ibi.

Spargitur & tellus lachrymis sparguntur & arma
It coelo clamorq3 virûm clangorq3 tubarū.

Reliquiæ adhuc recenti fauilla incalescentes aspergūtur
lachrymis amicorū Apud Græcos notū authore Homero
& apud Romanos Ouidio. lib. 4. Tristiū.

At~~t~~q3 utinā lugenda tibi non vita: sed esset
Mors mea: morte fores sola relicta mea
Spiritus hic per te patrias exisset in auras
Spartissent lachrymæ corpora nostra piæ

Horat. 2. Carmin. ibi tu calentem
Debita sparges lachryma fauillam
— Vatis amici

Itaq3 ad hunc morem respexisse videtur Virg. loco ſ. cit°.
Hæc ab Ant° Claro lib. singulari in leges 12 tab.
cap. 23. Excipe Ouidii locū quem ego adscribo forte
non contemnendū. 2. Virg. Aneid. lib. 2.

Purpureasq3 super vestes velamina nota
Conjiciunt.

vbi Seruius purpureas (inquit) ad imitationem
sanguinis in quo est anima. At non consentit hoc
cū Homero qui Patrocli corpus induit non purpurea
sed candida veste qui mos Romanis magis videtur
consentaneus quam Virgilio mortuorū enim
corpora hi veste candida ornabant Artemidorus
lib. oneirocriticorū 2. cap. 3. Quapropter
Virgilium non vti Seruius interpretari debemus
non enim ignorauit hunc Romanū morem. Sed

dicendū est vestes purpureas in corpus conjectas fuisse ad hoc vt reliquiæ illis inuoluerentur & sic in sepulchro conderentur ornatæ eo colore qui sanguinis imaginem habet quo corpus ipsum priuatum est Et in hoc Poeta etiam imitatur Homerū qui refert combusti cadaueris reliquias seu ossa in vrnis purpureis pannis tecta deposita fuisse. Sed obstat quod ex Liuio dictū est corpora indui purpureis togis & cum his cremari Verū ajo illas vestes candidas fuisse sed περιπορφύρους idest purpureo panno prætextas quas proprie purpureas vestes non prætextas vocabant & vt docet Servius ex Suetonio lib. de genere vestium huius tres erant species Vna quæ Diis sacratr tm purpura facta, alia Regū quæ purpurea quidem est habet tamen aliquid albi Tertia Auguralis ex purpura & cocco mixta. Igitur mortuo prætexta candida induebatur & hoc in diuitū funeribus obseruabatur. Pauperes enim cū toga quidem efferebantur non tamen prætexta Ea erat subcandida: pallens vt ait meus Poeta. Aut pallens toga mortui tribulis lib. 9 58 Juuen. Sat. 3. Nemo togā sumit nisi mortuus Quod etiam Græcis in more positū fuit, q sic Archilocus apud Plutarcū ostendit de marito suæ sororis qui in mari perierat ait se æquo animo laturū si fuisset in puris vestimentis crematus.

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ καρίεντα μέλεα
Ἡφάιστος καταροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπο=
νήθη.

Pura lintea sunt candida Haec interpretatio ab eodē Claro

de puris linteis mantilibus togis hastis chartis vexillis pectore habeo plura rerū antiquarū studiosis non injucunda.

libr. singulari in leges 12 tabul. cap. 23. Scio iam te longas oscitationes traxisse & ἐξατοκωλικόν spectasse. Sed tibi imperanti modeste pareo ideoq; tua non mea est culpa. Omnes libros quos hic venales inveniam & pro comperto habebo te non habere emam quo Bibliothecæ colloces & in his perlegendis bene bonas horas Brodæum dato opportuno tempore mittam. Ignosce quæso tot lituras, exemplum huius schedæ angustia temporis facere non potui. Vale diuq; vive Vallisoleti VII Kal. Sept. CIↃ CIII. Laurentius Ramnez

J. Ludovico de La Cerda C. P. D.

Adversæ valetudinis causa qua fere semper usq; adhuc laboraui in Vallisoletum me contulerā quo parentes viderem animū reficerem & aëris mutatione repararem vires. In meorū complexus rui & amore filii lætus & parentū susceptus per aliquot dies illic degi. Sed iterū in Salamanticā literarū emporiū Sciētiarū sedem ædem propriam Musarū & studiosorum patriam veram veni. Hic quidem ipso in limine redditæ sunt mihi tuæ literæ quibus nihil gratius nihil opportunius mihi futurū sciebant profectò mei qui ad eū prope modum quo amici fessos ex itinere munda supellectili domoq; regali splēdida luxu excipiunt

— mediisq; tectis convivia parant

Sic jucundissimo hospitio aures meas literis tuis

aduentoria sua Gratulor tibi quod tanti facias libellum mei μνημόσυνον & gratulor q̄ sic ad majora me in dies conferre cogis Videbis citò vt spero librum quemdam Comment. ad Martialē quem Hispanū Poetā Hispanus deperco In quo opere lucem mihi præbent opera Meursii alias missurus vt & mitterem si apud Bibliopolas vęnalia reperirem Non inueni Nec Junij Adag. quibus ipse careo P. Michaelem Vazquezium adibo & tuo Nomine salutabo Optaui iamdiu Quoniā eius doctrinam & mores suspicio & miror locū vehemēter rogare si adhuc amari vacabat Nam sunt hinc illi Sunt & hinc amici Quod intentatū reliqui Patrocinium enim me debere sciebam Nunc verò Tu hoc præstas & si non punctū tamen non repulsā ferre cogito.

DELRIVS te salvere jubet. Ego Virgiliū tuū quem in nonum annū obsecro ne premas

Ante fores stantem dubitas admittere famā?

——— cineri gloria sera venit.

Vale litterarū lumen, & scientiarū decus. Salmanticæ VI Idus Decembr anno ꝺꝺ IↃCIV.

D. Laur. R. de pr.

J. Ludco dela Cerda

Miraris q̄ hasce legis? immo ego q̄ scribo. Postq̄ tuas suauissimas literas eruditionis ac doctrinæ plenas accepi: quibus de interpretatione Virgiliani loci agebas febribus laborauj & fere semper lāguidus Abiēre secula. Rescripsisti haudquaquam: Tamen amor me impulit ad scribendum vt iam desidiam contumacē releges & me postliminio reuoces in mentem ab ea poenè extorrem. Diffidentiam damnas? ipse probo vel quis tam charus vt suæ amicitiæ januam certatim pulsari cogitet. vel quis tam fatuus vt dubitet amorē intercapedine non languescere. Nunc verò obsequiū præsto & fors benevolentiæ fax quassata lucet iā iā extincta Ecce tibi mitto Præsulem Illiberitanum Sanctissimū virū poetam suo æuo illustrem ac suauem: monitorem acrem & deniq̄ Hispanū nostrum qui rubigine tectus & situ antehac obsitus lucem vidit diligentiâ & industria M. Antonii Delrii viri apprimè docti. Hic ad nos venit & in Salmanticensi Collegio Vestræ Societatis cōmoratur Gaudent Socii gaudet Salmantica & ego gaudeo qui cum eo arctam amicitiam inii & vt simbolū darem meo ære typis libellū hunc mandauj & desperatæ salutis loco notam feci,

vtinam & medicinā! Tu videris & de labore me bene meritum judicabo. Quid si probaveris? Non sublimi feriam sidera vertice

sed alia quæ ad manū habeo humanarū literarum studiosis forte non ingrata excudam De Virgilio tuo quid rej q nondum vulges! Fac vt intelligam & Vale Salmanticæ

distilat° quadam sū anxius quâ dextra turget Ideò manu alia scribo Ignosce: mancus sum, & extinctæ corpus non vtile dextræ.

Tuæ ne ad me post annū, εὐδαίμων γὰρ εἶμι & cum pignore benevolentiæ. hoc felicissimū. Sed cur te tamdiu oblivio illius qui verè tuus? Tuas ego literas tanti facio, vt nullius ad me jucundiores perferantur, chariores accipiantur suaviores legantur vt in quibus nullus fucus sed amor viuidus & calens charitas. Tu me cū sæpius possis felicem facere parcis tamen. De libello quid dicam? Gratū munus seipso gratius ab notis Delrii nostri gratissimū q à te missū. Sed inter alias Notulas vt lucet grandis illa & vere tua quia vnice docta de sepulchro duplici! Sed sic sunt tua omnia. Reprehendis me q tamdiu morer in suscepto opere atqui nondum accessit nonus annus. Alii me pigrū faciunt quorū in hunc vatē magna volumina video & rideo, nolim me alius. Summè egeo Adagiis Junij, operibus

Meursii quaecunq; hac sint fac quaeso ad me trans=
mittantur vel mutuo vel emtione si repereris &
velim reperias. Habes Salmantica patrē Michaelē
Vasquezium virum doctum quem velim adeas &
salutes meo nomine: Delrium pariter, cui viro
adventum in Hispaniam ex me gratulare. Vale
adolescens doctissime Matriti 20 Novembr. 1604.

Tuus Ju. Luyz dela Cerda.

D. Laurentio Ramirez de Prado
Gaspar Gutierrez de los Rios S.P.D.

Miraberis humanissime Laurenti cur Latine scribā tibi Romane
me locuturū proficiscenti promiscrim. Sed nil est q; mirere
quando Latinus est Romanus sermo. De tua profectione
vix dici potest quantū certiores fieri desideremus, ut
gaudere plurimū possimus te eam saluū confecisse. Id
tamen cū ad patrem tuū Mecoenatem nostrū scribas
nisi iij quoq; responderis noli existimare à me esse liberatū.
Quod enim mihi debetur alii quam mihi non solvitur recte
Pauca dices: immo plura sunt quae ad nos rescribas.
Rhedane sit quam equo vehi jucundius an dulcis &
facundus Comes Sylvester fuerit an ex Guardarramij
montis jugo nebulosū hoc ab isto puro coelo dijudicaveris
quid in diversoriis quid iter facienti acciderit, quo
vultu te Madridiū exceperit an torvo vel hilari
Haec si vis mihi pergratū facere statim renūciato
reliqua verò corā ut proferas opperiemur. Illud etiā

q

q te prudentem adolescentem maximopere decet non
possū non rogare ne scilicet ante ad nos redeas quā
vias angiportus fora plateas regiones vacuas domos
palatiū coenobia templa lamiēas fontes pontes aquæ
ductus hortos sylvas nemora almeta totūqs Madridium
sigillatim discurras & vtriusq nomine aut saltem meo
salutem plurimam dicas. Perspicies obiter vno aspectu
varios fortunæ casus hominūqs instabilē naturam (hic
prudentia ante senectam iuuenibus quæritur) sed
quid ego hæc tibi? Sus ad Minervā. accipe alia.
Grauida & parturiens nouitiorū magistratuū creatio
peperit iam quot heri humiles lugentes & demissos
suas cuiq manus dantes vidimus ii hodiè credi olati
arrogantia seu Typho quodam turgentes ne oculis
quidem nos prosequuntur quasi indignos vt tanta Majestas
nos conspiciat Sed minime miror: aliud est candidati &
petentis aliud jus dicentis personam induere. Sic præterit
hæc hominū comœdia. Sylvestro meo nomine salutē dicito
Martialem tuū non audeo salutare ne inter nos bellū
exoriatur, quod delitias tuas saluto. Vale & salvus
redeas Vallisoleti 6. Kal. Februar.

Lic. Gaspari de los Rios S.P.D..

Miraberis diserte Gaspar cur Latine scribam cū Romane me
locuturū tibi promiserim Sed nil est quod mirere. lacessitus
respondeo Reus fidei es solutus minime: ignosco tamen imò

gratulor tibi Nonne legi & intellexi vt de
Satyricis ait Plinius secundus tua onthea
quadam vi scripta scripta? Haud miror equidem
Minerva comitatur. Lubens mandatis tuis pareo
pauca non rescribam nam scripta prave
tibi ipsi non alii q tibi debetur vix alii: soluitur
recte, si tibi soli. Saluum profectionē meā tibi
confecisse renuntio magnis periculis imminentibus
fortitudine prudentia & silvestro comite superatis
si describere velim quid iter facienti acciderit prius
maris arenas enumerassem quam finem finis
invenissem: tantū profero Guadarramii montis
nutantia pondera, saxa Poetā verbis vtor
fulgenti Apolline fulgentia visa visa iuga iussa
cum non videre ha ha vallisoleti quid mirū.
sicut in terra in coelo. Madridiū prospera
valetudine ingressus sum & receptus hilari nō
toruo vt Vallisoleti vultu composuit Eplas (Taciti
verba legis) quis amicitiam ei renūtiauit ideo
inter se commodatum temporū vt solebat non
contrahitur. Lusi satis satis non legeam Vidistine
vias multitudine occupatas? plateas omni pauimēti
genere fartas magna potentiorū limina clientibus
trita. Quid illa omnia nunc? aut vbi sunt?
abierunt. vbi supra fidem cumulata opes?
defluxerunt. Vbi coelo certantia opera? Vix

asparent. Heu res mortalium vel maximorū parua
heu validissimorum instabiles! inimò illa omnia somnium
vmbra nil quod de Roma olim aliter Bilbilitanus Poeta
Epig. 60. lib. 7. dictū reliquit nunc huic Carthagini
accommodari potest. Deplorandum ergo & spe aliqua
transmigrationis sublevandum Stupefactus sū magistra
tuū creatione & magis mirū q̄ qui heri erat vt Iuuen.
ait. a facie iactare manus (laudare paratus, hodie
loquitur Curios (Martialis verba sunt) assertoresq; Camillos
quod qui heri poterat (Satyricū vides) alienum
sumere vultū hodie suo tetricus progreditur. Sic
temporibus istis publica munera non hominibus homines
muneribus cedunt. Syluestrus Comes placidus summā
tibi salutem & foelicitatem optat: Mittere poteras Martialj
meo nam vt ipse asserit lib. 8. Ep. 63. qui delitias,
dominū diligit quod nisi feceris pugna inter nos fine
missione erit. Iubeo valere Madridi III Kal. Febru.

D. Laur. Rem. de Prado

D. Laurentio Ramirez scientiarū alumno

Ferdinandus de Milan felicissimā precatur salutem.

Si cuiq; a grandis fui obligationem meam differens satis poena est:
suauissimis litteris tuis careo. Nec modo obsequium praesto, remedium peto
mihi & Tacito lucem: hunc meis contubernalibus Lusitanum facio.
obscurus est Treca ambage Laconicus ita in illo multa desperata.
supra quaedam Liptium consului qui respondit mitto non ad rem
fecit vt puto. Tu vide, & vt seculi huius vere Apollo oraculū pande
quid statuas Sybillinum credam. Tu mihi prae omnibus inter omnes

primus. Verba sunt ad finem libri 1. annaliū Sitanus Sillanus ab
Consule designato igne & aqua interdiciter in insulam
Giaram relegatur Jtur in suffragia Eadem coeteri
censent Nisi q Gn. Lentulus separanda Syllani materna
bona quippe alia parente geniti reddendaq; dixit
adnuente Tiberio. Hisce gratissimam prabe lampadem
Haec de Tacito: de parente optimo melius si nulla
quando omnia non sufficiant ut parem referam
gratiam fovet me mea restituit meos sustentat &
q majus familiares sermones tantuli clientis non dedignatur
Tu charissime Laurenti oneris cui impar sū maximā
partem sustine Debes namq; patri quod tui causa
tanti me faciat. mihi, & à te uno omnia sperem.
Vale dimidium mei ac melior pars. Meo nomine
Alfonsū curiosissimū multoties saluta, & affectuosissimo
desiderio Marcū ac Johannē. Evangelia mihi sunt
eorum ingenia: multa de illis prædicantur: majora
spero; maxuma erunt Estij vere effigies paterni
Numinis De Martiale, de seriis studiorū vigiliis,
de Orientio ac de salute quam præ mea æstimo,
plurima coram & citissime: ac in tuos amantissime
tunc ruar amplexus Interim vale Decus Musarū
& sanum te conserva parentibus immo patriæ: quae
jam de te gloriam suam auspicatur. Haec omnia non
inutiliter intelliget Martinus Kloster, ut Lipsiū hominem
credat

J. Lipsius.

I. Lipsius Fordinando de Milan Vlissiponensi S.D.

Litteris tuis vt accepi & legi statim visum respondere fuit. primũ quia e longinquis locis veniunt & hanc humanitatem exteris debemus Deinde quia à viro doctoerant vel hoc argumento quod Tacitum ames, ames! immo etiam in patriũ sermonem vertas. Itaqꝫ libens respondi & prompte vt vides. etiam ad quaestitum tulẽ in loco Taciti isto. Separanda Sillani materna bona Cuius ego sententiam puto Syllano fuisse matrem & novercam: novercam magna ex parte bona vt fit ingratiam mariti vel quia capta moribus & obsequio Sillani esset huic reliquisse & si filium haberet. Censet iam igitur Centulus ea bona seperari & filio novercae (quis fuerit ignoro) relinqui. Sic mihi videbantur: etsi ista fateor intricata. Alia si ambigis Tuam & Taciti causam libens respondebo & meliorũ artium ingenia vt debeo semper amabo Lovanii III Id. Julias CIↃ IↃ CIIII.

Fordinando de Milan Vlissiponensi

Praeuertissem officium & tuas praeoccupassem si vel tuas hisce litteris humanioribus imbutas vel meas aliquid voluptatis allaturas judicassem: Nunc vero cũ vtroꝫ ex tuis cognoverim alterũ elegantia et doctrina alterum humanitate & benevolentia in me summa libens pareo & rumpto silentio vt te me invidiâ torem Vtinam ego Asculapius nedum Apollo & desperatis locis medicinam facerem Sed nec Asculapius nec Apollo & nodum Taciti levicula emendatione dissolvo quas turbas dedit

interpretibus magnis Pichenam tacco D. Barthazarem
de Alamos prætereo denigz nunc Lipsium Laconicè
vti solet & nimium ἐν λόγῳ κακοζηλῳ coccutientem
video Omnes tenebras explorant inertes nec lumen
inveniunt & omnes novercam nobis obtrudunt imperite
sane Ait ergo Gn. Lentulus separanda esse materna
bona quippe alia parente geniti reddendaque
filio dixit. Lego alta parente Hic his verbis
alta parente rationem assignat quare censeat
materna bona Sillani reddenda esse filio ciusdz
Sillani nempe quia ex alto materno sanguine erat
natus & peccatum patris in hæreditate auiae filio
nocere aquũ non erat cum satis pœnæ esset in
reliquis bonis obesse. Hunc sensũ & hanc emendationẽ
non probas? Excute & exige fidemz vetustissimo
codici quem penes me servo & ante annum
secundum ad huius loci interpretationẽ consului
In eo enim sic legitur Imitatus Tacitus Virgiliũ
Poetarũ maximũ, vt sæpe eiusdem verba vsurpat qui alto sanguine
ortus dicit. Hactenus de Tacito. Nunc de cæteris.
Gaudeo te parentem amore prosequi. & q Lusitanũ
predas Tacitum: mirorq te sequentem Lipsiana
vestigia immò assequentem putidula verba fugio
obsoleta abhorreo Laconicam & scissam orationem
vix intelligo Dum brevis esse laboro obscurus fio.

Hoc

Hoc ego alii alia orientium in lucem emisi & misi:
nec acceptum profitentur ne se ingratos profiteantur.
Coctera quae ad manum habeo licet politiora non excudam

In steriles campos nolunt iuga ferre Juuenci.

Tu verò perge & quàm citò Tacitum operis excudendum
trade.

Ante fores stantem dubitas admittere famâ

——— cineri gloria sera venit.

Vale. fratres te salvere jubent Salmanticae pridie
Kal. Novembr.

Etsi tui immemorem me esse judicas & non injuria ut aij id in me
objicis ego lapidem Jovem juro ex omnibus dilectiorem multisque
numinibus fraterno amore prosequendū te mihi esse: praecipue
cum affatim litterarū studio incumbas & sperem in re literaria
similes patris progressibus facturū e macte virtute puer
sic itur ad astra Notionem verbi esse notissimā omnibus
esse notissimū est edere & aliquo in loco consistere hoc enim
verbū significat qualem manis elige sicqz locus pueri-
liter intelligendus de quo miror me interpolatum
extricatur. fratres prospera valetudine fruuntur &
quamuis aestate pueri si valent satis discunt nec
hiscunt expedite fr ferme iam Lingua Latina colloqui
callent Salutem tibi plurimam dicunt & ego Vale.

A Mons Avoer Q. Dios g.de

Postquam ex Salamantica concessi vera patria & litterarum maximo emporio mores hominū multorū vidi & vrbes Quod quidem licet aliis gratissimū quippe ingenium hominū nouitate allicitur varietate delectatur: tamen si non fastiditū mihi haudquaquā pergratū fuit Amicorū conuentus, iudiciorū subtilitatem, bibliothecas, theatra in quibus studere nos voluptatibus non sentimus ad summam ea oīa quæ delicatè & libenter reliquimus quasi destituti iam desideramus quibus omnibus impulsi & eorum desiderio coacti

— patriæ visere tecta libet.

Interim dum vota nostra justa ex causa cōcepta non viderimus rata (citò impletura) operam da argutissimis salsi Martialis Epigrammatis transcribendis: quod non inutile futurū tibi spero: & in hoc mihi te obsequium præstare operæ pretium duces. Vale- Vallisoleti 15 Kal. Decembr. (1) 1) IIII

D. Laur. Ram. de Prado

Ill.me ac percolend.me Domine

Vis indigitem quam verum sit quod de Te vel prima mej obsequii diē vaticinatus sum ego non vates! Nulli vmquam de repente ita ex machina apparentes Dii ac ipse Tv comitate Tva (vt meritò censeo ac

libenter recenseo) superstes mihi. Sic enim se res habet
D. Alfonsus frater (germana virtute vere tuus) vix ad te suas
emiserat literas, in quibus & ipse meum pro debita reuerentia
metum obstrependi Tibi subnotaveram, cum Ecce mox
(dono Diuum dicam an Fratrum) obvenerunt Tuæ: quarū
lectione eo prorsus modo quo scribit ad Demonicū Isocrates
τοῖς σωφρόσι λόγοις ψυχὴν αὔξεσθαι sensi adeò
amanter superaddi mihi animos, vt pro illo velut
insanabili per absentiam tuam morbo τὴν ἀθυμίαν
siue privationis animi, τὸ ἀντίψυχον tanquam
aliquid vicem animæ praestans Epistolam te tuam
opportunè suggessisse sim arbitratus, quæ me &
μεγαλόψυχον καὶ παμψυχον magnanimū videlicet &
ad omnia animatum efficiat: licet non omninò
σύμψυχον & consonum. Audebo ne ergo (ego pulvis
& cinis) aliquid eorum quæ versat animus, spiretq3
spiritus & speret ad litteras tuas depromere?
Salmanticam quidem (sua vt sunt tempora) Literis
ac insignibus Litteratis omni in genere (non minus quā
armis armatisq3 olim Troja) perfloridam gaudeo
nuncupes & Patriam & Tuam: quippe quæ nil eximii
habeat quod non Tuum: siue in ea celebres amicos
(superis & imis existens gratus) Excellentissimo
Patri Tuo Tibiq3 devinctos recenseas, siue
etiam artes quibus ipsam Scientiarū ἐγκυκλοπαιδίαν
omnem reddidisti tuam. Miror tamen Tibi

non exemptam studiorū (vt remotis xii post epulas
mensis) famem, dum auere te etiamnū & desiderare
video hæc

Edita doctrinâ sapientum templa serenâ
ex ea videlicet Orbis Catholici parte eminentissima
Despicere vnde queas alios strenuoqz labore
Ad summas emergere opes Rerūqz potiri.

Faxit Deus Opt. Max vt Te ante senectam ipse
eo in honorum solstitio & gradu videam
Illustrium Parentum votis constitutū felicibus
quem optima fide debitum vestri similibus
arbitror, ciuisqz Monarchiæ bono quam (vt
antiquus Sapiens dixit) saluam esse volent fata.
Cum Te ergo non capiat vel Troja Nec Te
mediocria Regem.

En Tibi, Laurenti, generosæ campus arenæ
Panditur, hîc virtus experiunda tua est.

Adscriberem Tullii locum elegantem ex libr. de
gloria si tam verba quam sensus memoriæ
succurrerent Sed is ad hunc fermè modum.
Ciuiles viros qui Remp. gubernant, qui vrbes
aut novas constituunt aut constitutas æquitate
tuentur Philosophiæ Doctoribus præferamus.
Etenim licet eorum doctrina vberes virtutis &
scientiæ fontes contineat, tamen collata cū horū

actis perfectisque Rebus, vereor ne oblectationem otii tantùm attulisse videatur. Viue vale Dñe mi Nec me minus scribentem quàm rescribentem libenter Tibi persuade: tanquam qui ~~aeternùm~~ mansurus ~~sim~~ dū in hoc vitæ Circo degam

Virtuti tuæ
deuotissimus addictissimusq
Mons Auoer. i⁹.

Salamanticæ postr.
Id. Nouembr. (I) IIIII

D. Laur. Ram. Dom. Marianus P.D.

Inuisissem te libenter præsertim cū nrō Gomesio eximiæ tuæ eruditionis æstimatore seu admiratore potius: Verùm vrbs me hodiè occupatum impeditumq; retinet vt tumultuariam & breuem tantū Epistolam possim ad te mittere Elapsis diebus non insectandi studio à quo semper abhorrui sed veram opinionem ratus excitatum sacellū minus Latine dici saltem apud Cicer. ea significatione id verbi nusquā inveniri vsurpatū tecū pugnacissime ac mordicus contendi Tu verò vtrumq; contra & Senecā sic locutū. Disceptationi piris saccharo conditis finē fecimus vt palato tantū non animo consuleretur. Eam tamen assumsisti prouinciam diligentissimè pervestigandi q fuerat inter nos controversum Relatū mihi postea tuo nomine Te Senecæ locū invenisse in reliquo dare manus fateriq; in Romanæ Antistite Eloquentiæ haud vllū reperiri quo te tueri posses, exemplum. At etsi dolor

victo Victori gloria in re præsertim litteraria plerumq; cedat ~~mfâte f~~ me à te fateri victū non pudebit vt illud in me quadret: etsi non sus Minervam ineptè tamen quisquis Minervā docet. Adolescentem enim qui nondum ex Ephebis excesserit latinar. & Græcar. litterar optime gnarum nec Hebrajcar. expertem Jurisperitum eximium Denique enciclopædiam ferè totam callentem Minervam appellare cur verear? Sed quò me tuæ laudes rapiunt? ad institutū redeo. Cicero in Topic. excitare ædificiū dixit. Atq; eodem spectat q̄ 2° de nat. deorū ait: humo excitatos celsos & erectos constituit, vt Deorum cogitationē coelū intuentes capere possent. Brevem promisi Epistolam: quare finem hîc scribendi faciam te amandi & colendi non item.

Comiti de Lemos

Vt cognovi Illme Pnceps obscuritate cujusdā loci Epistolarū Senecæ te maxumopere delectari de cuius interpretatione non incitandi studio à quo semper abhorrui sed veram opinionē ratus tecū pugnaciter ac mordicus contendi In mētē revocavi aliquot diversorū authorū dicta veluti ab Sphinge prolata minus trita & peruulgata

quorum difficultate oppressus moestitia afficiebar
Nunc vero eorū indice Hæc lætia fruor Tibi mitto
breui & Laconico Epistolio comitata. In publica cōmoda
peccem si longo sermone morer tua tempora Caesar
Si vacas ad regulam & perpendiculū libellamqz exige.
& q Pindarus ait
βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμανθυ Θ iudica
Tu potes! quid mirū! quem Deus nā fortuna
Omnibus ornatū voluere excellere rebus
Si verò ne exortem tui judicii me esse velis Obsecro
non mihi tam videor qd iudicare non possum aut
arte malignus qui laudare nesciam. ~~&~~ Si minus facis
vel ingenio meo vel moribus deroges si celes mihi.
Ego fv°. cum tui visendi sit copia et admissio facilis cēsuram
meā nunc ~~qm b~~ quābreuē pmisi Epistolam. finē hic scribēdi
faciam. Te amandi & colendi non item. Vale Ill^me
princeps qui artes & studia in complexu habes inclitorum
O vtinā in longum æuum. Ex Musæo nostro
Perpetuum Tuus D. C. R.

In animo habui amantissime Michael quotidie Tibi lrãs
mittere & de oĩbus quam diligentissime te certiorem facere
usq; adhuc tamen primas scribere haudquaquã potui
Sum enim in labyrintho intricato legũ extricando
magnopere occupatus in aĩo nouo induendo solicitus
& in al. rebus quas consultò omittimus parandis anxius
Occupationẽ solicitudinẽ & angorẽ culpa causam Justitii
inter nos denuntiati. Immò juste gratulare. Juste inquã
eorũ expensis bonas annumera horas non male collocatas
otio non abusũ & oscitationis fastidio epistolæ frigidæ
clumbis & sine mica salis tractas q omne suum est
ut meum amore mutuo tibi obnoxius scribendi munus
insuper non habere. Eritq tuũ me ut semper amare,
hæc corrigere ne dicam spongia delere. Aiacem Tiberii
sequi debent Illud benigne facies, hoc libenter Utrũq;
tibi honestum mihi honorificũ. Amari à tali viro me illud
~~debere~~ decere resonare. O mihi Thesea pectora iuncta fide
Dulce esse dignũ tanto sub hoste mori magnũ. Ama
ergo & adnota quæ putaueris corrigenda Si amor
adoror. D. Bernardũ audi. adorat unusquisq q diligit
si βοῦλαῖς ὠόρθαῖς ἀδαμάνθυος iudicaueris &
quæ digna tneta nigra præfigeris solabor
Æneæ magni dextra cado ut ait ille & ita magis
credam coetera tibi placere si quædam displicuisse
cognovero Nam ut ait Crysippus apud Agellium

lib. 6. cap. 1. Nil est prorsus istis insipidius q̃ opinantur bona esse potuisse si non essent ibidem mala.

Secessum meũ vitam q̃ laxiorem Erva gam in arctam Et angustiorem adstrictã mihi Et tibi placere non est qui dubitet

Nos homines sumus in pericula procliues in lubidinem proni Et peccare parati. Occasiones debemus vitare & subterfugere ne laqueis doloris impediti citro nec vltro ire valeamus. Ego vẽ vitã rusticã desiderio captus in contemptũ vrbana libentissime eo Et quasi conscius cãdis humanã relicta patria & lare vltroneũ exiliũ amplector. Vt homicida qui olim exilio annue (cãdem cãde vindicare nõ licebat) Et a patria profugi propter focũ in quo erat ara qui Esia dicebatur de qua Ouidiũ interpretor Eleg. 1. lib. 1. de Ponto consedebant Pont. à Græcis ἑστίας nominati. Ita mihi qui variis agitatus votis in iisq̃ excussa gubernatrice ratione fluctuans vix vitæ memor eiusdem inops mentis expers ante oppetebam mortem quam ad eius lineam peruenirem mei ipsius homicida factus annum ad lugendũ (vt de fœminis ait Seneca Ep. 64) maiores constituere non vt tandiu lugerem sed ne diutius. homicida sum voluntariam cãdem iniusta causa commisi Soli gladiũ ostendere non possũ cũrã omnibus magna voce exclamando Non feci haud excusor Conscientia stat contra licet ẽi ignorent. Quid refert neminem scire cum ego sciam? O me miserũ si contemno hunc testem! Iam meam votorũ nauim in illo procelloso mari fluctibus agitatam clauo prudẽtiæ dirigere in tranquillum rationis portum & in eo anchoras figere conor. Abeant procul piscatores suam piscationem

facientes in obscuritate malorū ad ignes authoramenti
vitiorū qui nocte lumine ostenso me fallant navigantem
quasi in portū aliquem delaturi in saxa rupesq3 in Scyllā
& Carybdim meam navim deducentes q3 intellectus
præcidij corporis religta Vlp. l. 10 de incend. rui. & naut.
Quemadmodum amans omnem admonitionē dilecti corporis
evitare debet nil enim facilius q3 amor recrudescit
Ita qui deponere vult desideria rerū omnium quarum
cupiditate flagrauit & oculos & aures ab iis quæ relinqui
avertat. Merces vita solicitant Auaritia ſmittit
pecuniam pecunia auaro imperat
tortum dignascqui potius q3 ducere funem
q3 canina cocna quadrante labatur
Ex opibus tantis quas gravis arca premit
Luxuria multas acquarias voluptates polliceatur
turbida sollicito transmittet cccuba sacco
noctes in lucem vino ducere, & vt splendeat
Erythræis perlucida mocha lapillis.
An vitio purpurā & plausum parit & ex hoc potentiam
& quicquid potentia fert Potest
vt Mauri centū stent dentibus Orbem
& crepent in nostris aurea lamma toris
vt Canusinatus nostro Syrius asseve sudet
& mea sit culta sella cliente frequens
habeamus nos intra nostram pelliculam vt animus
contineri possit corporis fugam sistamq3 in loco solitario
degendo tunc remedia continuata proficient. Algent
potentiorū limina superba Aue matutinū semisomnijs
nō portemus: fugiamus Curiā & vēdētes circū palatia fumos

Vt enim apes quæ animam in vulnere ponunt fumo pelluntur & quasi necantur (ideoq; fumos pretendēs leg. Aquil ni factū actione tenet" l. si seruus 27 §. si cū apes 22. C. si quis fumo 4o ff. ad Leg. Aquil.) ita fumos vendentes sibi & emtoribus nocentes fumo perire debent vt Alex. Severum Lampridius fecisse narrat. Hæc omnia dico & sentio nec vt ille ait Virtus laudatur & alget Sed quæ in lingua in corde habeo. Abominor tanq̄ execrabiles in quos dici potest. Gen. 27

קול קול יעקב וידים ידי עשו 1. vox

vox Iahacob & manus manus Esau Opus enim vt ait D. Greg. Nazianzenus ore de seipso & fortius est sermone Te dicta facientem & facta non dicentē monēdo laudo Ouid. ait

Qui monet vt facias q̄ facis ille monendo

Laudat.

Et si laudare vellem quomodo incipere potuissem Quis eximiā virtut. acerrim. Iudic ingeni nobilit Sed heus tu calame ambitiosa recide ne nauseam longitudine moueas & cum omnia dicere non possis tantum dictū antiquitus de hoc dictum puta & scribe cui tanta vis animi est ingenioq; vt quicquid agit ad id vnū ~~dutu~~ natum esse dicatur

Vale. alter ego. Vale.

Martinus Delrio D. Laurentio Ramirez
De Prado S. D.

Locum Martialis lib. 7. Ep. 5. inspexi tecũ sentio. Non patitur aliud vox Martia parum acuti qui cuspidem hanc laurigeram non sentiunt Confirmat locus ea quæ congesti Comment. in Agamemn. v. 386.

Alterũ q̃ de Tiresiâ æquali: vide, an non spectet ad animæquitatem sed vultu eodem contestatam vultus animi index: Et sacra littera id indicant phrasi hujusmodi, vultus non sunt in diversa mutati: idest æquo semper animo fuit deinceps. habes 1. Reg. 1. v. 18. non abludit versus Senecæ

Redeant vultus ad læta boni

vt significetur Tiresias in summa fortunæ mutabilitate continenter eundem nempe bonũ vultum servasse

Tertium Juvenis & Senis nominibus additis omnẽ ætatem indicari notabã ex Horatio lib. 1. Carm.

Mixta senũ & juvenũ densantur funera. nullum
Sæva caput Proserpina fugit.

Seneca in Oedipo

Sed omnis ætas pariter & sexus ruit
Juvenesq̃ senibus jungit & gnatis patres
Funesta pestis.

quod sumsit à Lucretio

Exanimis pueri super exanimata parentum
Corpora nonnunquã posses, retroq̃ videre
Matribus aut patribus natos super edere vitam

Persius Satyr. 5.
—petitchine juvenesq̃ senesq̃
Finem animo certum.

Sic interpretatur illud Threni. 2. 2. Jacuerunt in terra foris puer & senex hoc est omnis ætatis cadavera. Jerem. 51. 22. collidam in te senem & puerum. Apertius id significatur

alio Idiotismo a puero ad senem hoc est ad vnũ
cunctis Genes. 19. 4. quale illud à parvo ad magnũ
1. Reg. 30. 19. & à minimo ad maximũ d. c. 19. 11. Vale
& tui amantem amare perge.

Post data

Dixi ea quæ de Oriente a me edito scripsit Baronius
me legisse in additionibus multorũ tomorum quas
subjunxerat omnes in editione vltima tomi 10 ibidem
ea sunt quæ de B. Virgine de Pilari cuius anni fuerit
illa editio nec scio, nec memini.

Quoad negocium illud pecuniarium, dixeram non de
Richardo conveniendo, sed de Lic^tu Caruajale quem audio
campsoria negocia tractare, & suspicabar Burgis
habere correspondentem. Iterum vale.

Insigni atqꝫ studioſ viro dño Laur. Ramirez
Iuris Ciuilis D. meritiſs.
in Academia Salmãticenſi

Quam magnam quamqꝫ ingentem ac incredibilem ex tam jucunda vri
aſpectus preſentia lætitiam conceperim quando primũ mihi oblata
fuit opportunitas te inuisendi tecũqꝫ hic Salmantica collo quendi
nris pũtibus literis non dico explicare nedum animi cogitatione
perspicere aut perpendere valeo Quapropter vra pũtia tam
mirifice exhilaratus non potui non demeo admirabili gaudio
affici datam mihi modo esse occasem tecũ lris hys vt ita dicã
colloquendi atqꝫ contabulandi quas ad te particulari quodam ac
inaudito desiderio dirigi votis omnibus exposcebam humiliter
deprecor Quapropter etiam atqꝫ etiam rogo vt has nras lras
sũma animi voluptate recipias licet non dubitem quin tibi
gratissimæ erunt præcipue cũ me vt tibi scribere vehemẽter
supplicans inuitaſti Eamob causã minime existimo ãbigendũ
quin tibi jucundissima erũt De cætero doleo ꝫmaxime
nihil mihi in mentẽ occurrisse ad scribendũ q animũ
vrm oblectare posſit Nullius enim rei pœne notitia penitus ad
aures meas ꝫuenit nec alicuius rei præclarè gestæ rumor
sparsitur neque aliquid noui de patria nra auditur. Si
cuncta ibi bene succedant Si milites nri aliquã victoriã
palmã obtinuerint hostesqꝫ ferociſſimos debellaverint atqꝫ
expugnaverint res certe mirũ in modũ dolendũ est nũquã
bello posse finẽ imponi aut q protectò magis deplorandũ est
Christianos nũquã posse in pace vitam degere ipsosq hæreticos
veluti ferociſſimos leones in Catholicos sævire Tantamqꝫ suæ

ferocitatis vt ita dicã rabiem demonstrare vt passim oĩa
depraedentur eruant devastent atq; subuertant. faxit
Deus Opt. Max. vt oĩa in pristinũ restituantur locum vt
Religio quasi subuersa restauretur, pietasq; in omnium
cordibus excrescat vt tandem recedente hoc ferreo
seculo vt cũ Poetis loquar (q meritò ferreũ nũcupat)
quo quisq; se gladio ac ferro tueri ac defendere contra
hostiũ insultus cogitur adueniant redeantq; nobis
aurea secula Pax inquam exoptata cunctis de qua
Virgilius Nullas alus bello pacẽ te poscimus omnes
Haec sunt quae vris rogatus precibus scribere habui
te patrẽ matrem fratresq; tuos totã deniq; familiã
plurimũ salutans. Vale scripsi hẽm celeri Calamo 4 die
mens. Sept. aº. 1601.

† Ludouicus Locans
tibi ad oĩa fatissimus.

Quantò longior tantò mihi iucūdior Epistola tua fuit. Adeo inter & natura & ars certant ut affirmare non ausim utra alteram vincat Quam tersa oīa! quàm varie! quā venuste! laudem ne! non utiq; possum satis. Meritò mihi gratulor & tali adolescenti me deuinctum & eodem amicitia ziunctū à quo docti etiam doctores discere possunt & optime cognoscitur ex eleganti descriptione huius ætatis ferreæ imò aureæ cum propertio loquor Aurea inquam Quid hisce tpib. auro nō corrumpitur? Omnia enim q; in lucem exeūt nū sine illo? minime nec nouū. Veteres hanc sui æui caliginem carpunt. q; eleganter (ut solet) venusinus Poeta, dū ait

Scilicet uxorem cum dote fidemq; & amicos
& genus & formā regina pecunia donat
At bene nūmatū decorat suadela genusq; Venusq;

Cogitanti mihi aliquid noui tibi rescribere possem tantæ tantiq; ponderis res in mentem occurrerunt ut verba Poetæ Peligni Poetæ merito mihi usurpari viderētur

Quod cupio mecū est inopem me copia fecit

q; eminere profero. Triremes potentissimi Regis Philip. 3. missas ad devastandos Turcas Coloniæ hæ de Argel vulgò vocant missæ in saxa rupesq; ut ait Poeta impotentes ventos detulisse tradunt + Deus faxit ut omnia deploratū heu! deploranda ad sui obsequiū dirigantur. Vale. ego alter

Vallisoleti 17 Kal Octobr.

+ a b oībus magna moestitia dādum.

Maximilianus Dei gratia
Comes Palatinus vtriusq3 Bavariæ Dux

Illustri Dño Dño Alfonso Ramirez de Prado
Cath^cæ ac regiæ Dig^tis à Secretis consiliis
Vallisoleti

Illustris Domine Commisimus spectabili ac sincerè nobis
dilecto Petro Renzio Procuratori nro negotiū
apud Catholicā ac regiā dig^tē expediendū ~~& cum~~
cū certa relatione cognouimus D^nē vrām plurimū
pollere & valere gratia apud supradictā regiam
Dig^tem eandem obnixè rogamus vt si quid ipse D^is V.
gratiam favorē humanitatemue desideraverit tanquā
ei sponte sua referret. Cujus præstitæ benevolentiæ
recompensationi grato animo studebimus. Valeat
Monachij 16 May anno 1605.
Maximilianus

Ludouico Carrillo de Sotomayor

Nobili magnæ spei & iucundissimo juueni S.P.D.

Adhæret mihi Iucunde Ludovice tui tam eximius amor vt absentiæ tuæ dolor vllo modo non possit levari ni scribendo & perscribendo sæpe. Sed ne facias vt amasiæ quæ cognito amore erga se juuenũ licet amare eos velit velamine vultũ velant patranti ocello detecto quò fiant amantes & extrema linea q Græci εις ΤΕΧΩΣ vocant eas appetant, rescribe. & de omnibus me quàm diligenter fac certiorem. Pauca dices Immò plura sunt quæ nobis renuncies æqualisne et perplacidus an rigidæ frontis comes fuerit? Noctem absq lecto & sponda traductam an lætam judicaueris pallium nocte dieq idem & vt Poeta ait de abolla grabati maritũ vxore ego dio loquens nuncupare quid boni maliq attulerit & silentio colere fraudatum fuerit? Quid de venat° Sed heus tu Siste, vt aiunt, gradũ & mãsionẽ hic tabernaculũq faciamus. Siste ergo & ex ea mitte cuniculos leporesq & alia huiusmodi Si hæc venerint nullũ te feliciorem facundiorẽ profitebor Si aliter fecerint Dii lector te male perdant vt Timon in sepulchro subscriptũ habebat Caue ne in hoc tã ominosũ votũ incidas, commune est Justisq ex causis cõceptũ. Sed tu Clariss. vir & nobilitatẽ auitã redolens Quidni hoc facies & sup cogitationem nostrã munera nobis mittes & q aliquã ptem habebit qui te totũ tenet & arcet. Vale & me q facis ama Vallisoleti XI Kal. Oct. anno cIↃ IↃCII.

Don Lor. Ramirez

Doctori Medrano Salmanticensi Cathedratico

Amicorum benevolentiam obsequio magis quā muneribus demereri nemo est qui dubitet : cum testimoniū voluntatis præbeat apertius qui iussus paret (maximè si tunc sui facit periculū) quam qui munera ingentia dolosas insidias mittit.

Quisquis magna dedit voluit sibi magna remitti.

Ego verò qui præter litterarium munusculū symbolū amoris mei erga Te sūmi nullū missitare possū libens pareo. Cogi nequeo quia nemo volens cogitur. Ecce explicationem loci de quo me interpellasti. C. Plin. hist. nat. lib. 7. cap. 50 Ecce, quamvis fatuam me fore videam Et forsan irridendū ppinem Audeo tn spe veniæ cautus. & cum sciam te officiosis literis demulceri. Limina ergo delicati tui Musæi tango, fores pulso, Et quidem audacter comite amicitia repulsa nescia sordida. Ait Plinius, Atqꝫ etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Interpretationē doctiss. Mercurialis lib. 6. variarū cap. 20 prætereo Dalecampii omitto & recentiores Doctores, quos canes odi peius & angue inter se convitiis digladiantes insuper habeo quibus satius fuisset ingenue fateri nodū Gordiū quam ingeniose decipere Alciatus etiam vir incomparabilis difficultate motus loco horū verborū aliquis per aliquantisper legit acute sane ti Plinius medicina egeret, sed oēs toto cœlo aberrant

Et seipsos diu cruciant dū nebulam caligantibus oculis effundunt. Hisce tenebris facem præluceo O vtinam & lucem plinius accipiat! qui de variis exemplis morborū agens multis morbis conqueritur homines esse affectos inquibus per omnes partes corporis certis horis rigor & calor remeat qualiter nullis aliis animalibus, & vt augeat conquestionem suam: Non solum, inquit, morbos esse corporis sed etiam animi. hoc enim supradicta verba significāt Atqz etiam morbus est aliquis per sapientiam mori id est Atqz vt corporis etiam est morbus aliquis per sapientiam id est secūdū sapientiam Et respectu sapientiæ mori q̄ Hispane sic reddi posset morir quanto a la sabiduria. vsus est Græcismo non insolenti apud Latinos Dicunt enim Petrus est albus dentes id est per dentes deficit enim κατὰ q̄ Latinis per vel secundum sonat, Græcè autem si plinii sententiam referre velis non aliter dices quam κατὰ φρόνησιν ἀποθάνειν & statim auctor subjunxit Morbis enim quasdam leges &c. vt probet q̄ supra dixerat certis horis & statu tempore corpora morbos afflictare. En quæ habeo, si meliora tu, aueo. vale.

Ferunt dilecte admodum amice Pori regis victis
profligatisq; copiis inter Indos a coede seruatos
quemdam ita eximiū Jaculatorē extitisse vt per annulū
sagittam traduceret Alexandrūq; huius rei videndæ
percupidum ad se accersitū ita ꝓpositi tenacem inuenisse
vt ob nimiam contumaciam suppliciū capitis obire cogeretur
cumq; (vt Romane loquar) collū pene securi submisisset
dixisse ferunt ne sibi contumaciæ inureretur nota apud
se enim ꝛ artem diu abolitam & ne præter opinionē
scopū aberraret visa exequi recusasse Alexandrūq; Indi
indolem miratū missū fecisse tradunt. Cuius profecto
secutus fuissem vestigia. Vrgebant enim & Romanę
linguæ apud me sterilitas & adrem facundas Musas
rusticam hanc & balbutientem mittere: Quarum
profectò difficultas vt inglorium tironē pedem
referre coegissent nisi et internos tā arctam
amicitiæ necessitudinem intercedere & quādoq;
vt diuitib. sic & sapientibus vicissitudinē Juuare
Nec enim semper (vt poeticè loquar) Musarū vireta
Juuant, sed quandoq; labrusca nostra delectant
Persarū morib. insitū fuisse auctores tradunt Regi
obviam venienti munera offerre refertq; ni
fallor Xenophon quendam villicū repentino aspectu
quid regi muneris elargiretur anxiū (angusta
enim domi reserat) ad fontē cucurrisse haustaq;

agua galero, Cyro obtulisse illūq; placido vultu exhausisse
me en villicū te profecto ~~Ft~~ si ad Musarū inspexerimus
palaestram a brq; dubio Regem aquā affero in panno/o
rustici galero quis dubitat Latina haec sunt & ex
eadem qua tua & haec fonte exhausta Sed galer9 obest
& pānosus nimirū ingeniū. Multū enim refert ait Plinius
veteribus nitorem Ea macte animo cbibe Poeta
monet Si desunt vires tamen est laudanda voluntas
quam vero dignissimā hanc & tua inspectio est & si
fortuitò seu insciti a seu scribendi festinatio tabellarius
enim urgebat mendosam reddiderint & tua Censura dignā
judico. Plura vellem sed vtii qui apud deū verba faciunt
corpore & gestu modici sunt. Sic et apud quem in re litera-
ria ho lucere inter oēs velut inter ignes Luna minores
sole liquidius cernimus sic & me decet colere atq;
admirari magis quam laudare Deus Opt. Max qui
machinam hanc moderatur & quatit diu te seruet incolumē

D. Luys Carrillo y Sotomayor.

D. Ludovico Carrillo & Sotomajor
liberali indole & eximia spe illustriq;
progenie adolescenti S. P. D.

Ludovice jucundissime Non facile dixerim plusne voluptatis
an doloris ex Epla tua susceperim: Et enim mihi gratissimū
cum & te amore in te meo & in me tuo delectari spicio
Ex quo fit vt lras tuas benevolentia plenissimas jucūdissime

legam: acriqz morsu doloris afficior cũ his quæ ꝑ litteras ad me
scribis absentia quo minus liceat vti frui corã impedimento sit
Doleo & desiderium tui grauiter fero. Vultus equidem quibus
assueueram quæro & videor mihi in alieno foro litigare. Sed
quo vno modo potes ostendis te mihi. Epistolæ enim vera
amici absentis vestigia, veras notas afferunt Ideoqz nũqz
eas accipiam vt non protinus vnà simus: imò potius mecũ
semperes: Video te cum maxime adeo in mente te teneo vt
dubitem an incipiam non Epistolas sed codicillos tibi scribere
Quid? ꝙ numquam domo egredior ni prius dies præteritos
Equidem lætos ad memoriam reuocem præsentes verò vt
detestabiles & execratos abhominer. Iam nec ego ephipia
nec calci stimul nec læuæ cetram nec dextræ lanceam
vti solebam apto sed mero & justo dolore subinde angor
Veni ergo nec exuta rusticâ maxima sis affectus
voluptate & Curiam bonis pagi inuidere facias. Si
venatione delectaris eã intermitte, remissione cupidi
~~eiu~~ eius augetur Si mollibus plãgis illigatas damas
& veros apros mactas Si cervos paruipendens
relinquis villico leporemqz forti callidũ rũpes equo.
Parius vtaris moneo, rapienda viredo.
At tu nec in lepores tã violentus eras.
Sæpe satis facit prædæ Venator et acri Decidit excussus non
rediturus equo. Quid præterea? Nihil nisi vt incolumis
ad nos primò quoqz tempore revertare alia medicina
anxiũ aĩum reficere ñ valet. Vt vrticã si ꝯstanter attingas
adurit si fortiter hebescit: Sic luctus asperitas increscit

si lenioribus remediis attrectes : si duris & fortibus cedit
Quod noui noui, paucis accipe XVI Kal. Octob.
L. Equites personati regum salut causa ante Palatiū
decurrere quorum ornatus serici auro & argento variati
sic prælucebant.

Florida per varios vt pingitur Hybla colores.
Cum breve Sicaniæ ver populantur apes.

Cras Turba ibid. 24 Equitū & iterū 7. Cal Oct.
in Majori foro 48 Equitū se præbet, erit q simul
Taurorū agitatio De bello Belgico plusquam vellem
audio, ei haudquaquā finem imponi posse Res
certe mirū in modū dolenda ~~Ea~~ q magis plorādū
sed hæc alii q supra nos nihil ad nos. Quæ
publicè nūc q priuatim amici valent salutem
Tibi mittunt noctes eorū victu apud Carolū
& Hym fratres in lucem ducimus. Arceo in arcē
pulchritudinis It benevolentiæ erga nos plenissima
simulatæ an veræ non sum Judex : in propria
caussa nemo. Verū enimuerò

fidem jurata fefellit
Et facies illi quæ fuit ante manet
Candida candorem roseo suffusa rubore
Ante fuit niueo lucet in ore rubor
Quam longos habuit nondū perjura capillos
tam longos postquā ~~carm~~ lumina læsit, habet.

P. M. F. P.o Ramirez Ord. S.ti Augustini
Priori Hispalēnsi.

Doleo vehementer ac sæpe R.me P. vltimā Epistolā meam
paucis abhinc diebus scriptam periisse: periisse enim
duco cui nihil adhuc responderis. Doleo & etiam iraſcor
nec liquet mihi an debeam, sed graviter iraſcor q a te
tamdiu littera nulla: exorare me poteſ vno modo si nūc
saltem plurimas & longissimas miseris. Nil inquiet q
scribam etiamsi nil erit quamq hæc huiusmodi sunt
tempora vt Epistolæ argumentū deesse non possit idipsū
scribas velim dummodo ne his verbis Nil enim absq
profiſcitur adeò neglectum quod aliorū quantalibet cura
possit æquare Quinetiam & quid agas & quid acturus Tc
putes facere me quā diligentissime certiorē poteſ
Bene de te Iudico singulos dies & quidem totos indicare
mihi opto, puto nil esse in illis q absconderis. Sic certe
viuendum est tanq in conspectu viuamus. Sic cogitādū
tanquam aliquis in pectus intimū inspicere possit.
Senecæ aurea sententia, Cū hominibus viuendū vt deo
occulato teste adhibito, loquendū cū Deo vt homine
audito. Tibi hæc amplectenti veriora illis quæ apud Sagr

Nulla recordanti lux est ingrata grauiq
Nulla subit cuius non meminisse veliſ.

Vt enim qui variis agitantur votis in his q dū excussa

gubernatrice rationis fluctuant vix vitæ memores
quasi sine ea contenescunt atqz ita mentis expertes
vitæ inopes ante oppetunt mortem quam moriãtr
Sic contra qui suam votivã navẽ in procelloso hoc
ambitionis & cupiditatis mare fluctibus agitatam
clavo semper prudentiæ in tranquillũ rationis portũ
dirigunt ac regunt & in eo figunt anchoras
ampliant sibi spatiũ ætatis & bis vivunt. Nam
vt poeta ait — possunt vitã priore frui.
Sed quid ago? quid multis moror? Ne pluribus.
Virtutẽ cũ laudamus non extollimus Sed in
sublimi collocatam offendimus Quasꝑ tuas
prosequi nolo ꝙ si fecissem non vt præficæ
quæ ad funus plorandũ conductæ dicunt &
faciunt ꝓpe plura quam qui ex animo dolent
Ita ego in tua præclara laudatione velut
conductus cœna viderer sed admissa veritate
siccis capillis rustica excussa blanditia attritis
labellis urbana nullis donis corruptum me
facere judicarem Ea non mihi aliis sunt missa
qꝝ crudis & turgidis omniqz pauimenti genere
fartis odoratæ liquorem quo capillos post prãdiũ
spargerent ne hipocritæ meritò interpretarẽtr
qui manducant & non vnguntur vt appareant
hominibus jejunantes Secus hi qꝝ Deus præcepit
vnctionem capitis & lotionem oris. Opportuno ꝑpe

misisti Gratias tibi ago talis sortis exortem me fuisse.
Non quæreretur malignus aliquis interpres & male salsus
qui in meam invidiam Bilbilitani mei Poetæ sales in
medium proferret ac præcipue lepidissimũ Epigramma
quo Fabullũ vnguentũ non coenam conuiuis porrigentem
his versibus perstringit

Vnguentũ fateor bonũ dedisti
Conuivis here & nihil scidisti

Ressalsa ~~Messala~~ est bene olere & esurire
Qui non coenat & vngitur Fabulle.
Hic verè mihi mortuus videtur.

Sed jam longior sum quam me fore putauj Epistolã
Ep. 45 Sen. institueram scribere quæ non debet sinistram manũ
legentis implere iam autem crescit in volumen. Vale.
& nos, q facis, ama Vallisoletj XIV Kal. Julij 1602

Don Lorenço
Amrez de Pr.

Quis non jucundū ducat tuis obtemperare Obtemperassem certe si per fluxū sanguinis licuisset ad animū attēde non ad manum. Iam convaleo Lustrabo Suetoniū nostrum & promissa persoluam Quid amplius expetis? Vnū corte non silentio prætereundum Egregiū non antiquitatis sed nr̄i temporis exemplū Paul⁹ 4. eximi⁹ Pontifex si non inperasset ante prandiū per binas horas dormiebat vitamq3 inoffenso pede vsq3 ad annum 84 ~~quam~~ tuum produxit Sic tibi contingat. Mihi autē liceat interim non cū Propheta sed cū Poeta canere. Satis est orare Iouem qui donat & aufert. Eq ipse olim alibi dum loquimur fugit inuida ætas carpe diem quam minimū credula postero. Quid nobis aliorum exempla fauent quando aliter fata volunt In memoriam repete diuinū illud Plutarchi non es... viuere sine dolore: quid ante vel post prandium dormire juuat si semper dolendū est Te saluum cupio & diu viuere sine dolore Prognosticū semel & iterū legi: fausta nobis omnia Inimicis contra. Nos ergo attendamus exitum duellii

Agidius Gonçalez D. Auila.

Vltimis meis lr̄is quibus respondi illis quæ meum Orientiū accepisse te indicabant ne littera quidem fecisti satis vel occupationibus distentus es quæ hinc & illinc te angunt vel mej oblitus q̄ pronus credam

— Credula res est amor. tamen nec insulto nec libenter vota mea damno sed spero fore vt denuò me in memoriam revoces. Quidni? Si nullus inuenietur Tui obsequio paratus magis & qui pedibus manibusq̄ in oīa quæ velis eat. Vt ferrum occulta quadam vi trahitur à magnete ita ego trahar à te. O vere antistes literarū Signa hujus amoris habes & nunc habe En tibi certamen litterarium inclytæ Ciuitatis Cuius ~~typus~~ me Decurionē & judicem vident Poemata quæ certatim pangentur tam illa quæ donata quam quæ sine proemio famæ vt in Templo maneant mandabantur typis: & vt ex acuminibus auspicemur bonumq̄ euentū prænuntiemus ex acumine tuo (Tuorum dico semper hic erro) volumus auspicari differemusq̄ in vltimū diē huius mensis Poematū cū sigillis authorū acceptionē Sententiamq̄ proferre in animo est 10 die Junii quo cōmodius carmina expolire & remittere possis Mitte obsecro Tibiq̄ si me amas & mihi qui te amo satisfacies Vale.

Sed heus de Virgilio? expectatū satis. si satis possūt tua. Martialē nostrū iā iā ad umbilicū duco Si qua erunt (Erunt apud te sane) notatu digna illustrationi apta. Deniq̄ à tuo ingenio profecta mitte. Vale iterum.

+

Ill^me Dño

Vix Salamantica discessi quin iuste charam a Tua dignatione patriam nominari meditatus ~~sum~~ sim, & Iure quidem ex Justiniani mente reputans feras qui animum amittant revertendi Huc usqz non urbes sed nec hominem ullū reperi donec Præfectū hunc ~~inter~~ Florū inter flores valentem floridulum Eqz ere est juste affectum ac devotum Tibi. Dubitabam certe, nec enim Ego ~~credulus~~ nimis credulus aulicis responsis donec Bibliothecam conscendens amare libros veraz & certe certa hominum vestigia notavi. Enimvero tum demū curiosū Curialem qz & studiosum Musarum concluси Tuum ut certe per vitam vere Tuos reputabo queis vel boni Amor vel Phœbi cortina non fallens placet. Bene vale ~~Musarum~~ Pièridum decus, Charitumqz corculūm Salvere te jubent iis cum benevolentibus sed & imperantibus Præfectus Soly paterqz Karolus qui me iterum modicū tenet Ita tamen ut forsan reditus meus istius receptionem anticipet Deo bene juvante quem votis tuis fautorem assidue precor

Vere tuus ex animo
virtutiqz tuæ devotissimus Monsarver

15 Cal. Junii

de Flores de Avila
&

+

Vt tuas vidi ipsam dico inscriptionē ad me (neq; enim opus
apertione literarum aut subscriptione tua vt cognoscam
tuas) vix credas vti oculi exhilarati, vti manus tam
dulci onere recreata Invidebis meo gaudio si parcius
ad me, cumulabis si sapius. Iam verò apertis
literis quis gaudii cumulus? Te judicem habet
nobilissima Ciuitas praconio publico pronuntiatum
Quid augurer his initiis, nisi talem jam nunc esse
~~quod~~ qualem te esse in posterum cupio. Crede
mihi, ista ludicra sape pro omine. Vtinam superes
parentem favore principis vt non illi parem modò
sed majorem dignitatem obtineas, sitq; vnus inter
veros regni Judices atq; Auditores. Neq; verò vt hoc
fiat album caput exspectet princeps sed te deligat
ipso ætatis virore florentem quo diutius Curiæ
imperes. Interim dum tempus hoc adveniat,
quod augurer, exerce imperium in certamine ludicro
quo tibi usto judicandi simulacro peritiam
compares ad veri judicia Invitas me ad hoc
certamen. Vtinam is essem Poeta qui possem condere
nitidè & ~~impolitè~~ expolitè Nam mihi certū lucrum
te Judice. Sed in hoc certamine vt vides nihil meū

nihil (inquam) Latinū. Hispanæ Musae, si à me non longe, certe non propè. Mihi non dubiū, quin incurrerem in jacturam honoris. Nolo mihi tantum debeas vt te jubente honorem amittam: Idenim si accideret (vt procul dubio fore existimo) quî tu resarcires jacturam honoris mei imperio tuo amissi? præsens favor multū potest: aliunde missa vix leguntur, imò negliguntur. Sed de tuo Martiali, quam felix nuntius? Videbit lucem (non dubium) tam fausta proles eo genio quo concepta est ingenio. Vindicabis Hispanum nomen à tenebris, in quibus est. Sequar te posteà tantum Dū ducem miles. Tu vale mi amantissime, & à me Michael Vazquesius Matriti 13 May 1605

Ju. Luys de Cerda.

J. Lipsio V. CL. D. Laur Ramirez
de Prado S. P. D.

Virum magnū toties lr̄is interpellare audacia
magna si magna audacia quando maxim⁹ amor
Vt enim qui per cliuum decurrens suo pondere
victus quamuis velit non potest gradū sistere Sic ego
qui iam in Tuj amorem rui vix retineo meipsum
ita vt iteratis illiteratis literis propellar in lapsū
Ignosce præcipue cū mittendæ Eplæ non mittenda esse
offerat occasio Proficiscitur ad te Karolus Varon ex
familia S^ti Augustinj moribus & religione spectatus satis
mihi amore in exteros conjunctus Operam dedit
affatim Theologiae & vt puto neq eam neq oleum
perdidit. Commendo Tibi si valet commendare quj
commendari quærit Comitem & patrocinium secū
fert & ego mitto Mitto namq3 Politica tua Hispano
sermone reddita a quodam viro nobilissimo
luminibus priuato Vt videas quanti Tua facimus
cum facimus nostra & quam magna videantur
cum & a cæco Martinus Delrius valet
neq ~~et~~ vsq adhuc dixit nobis vale At dico
Tibj & me addico. Salmanticæ Id. May

CIↃ IↃCV

Ill. Dne.

Vix T. D. fuerit persuasum quàm omnia fere studia omnes curas
omniaqꝫ avocamenta eximat excutiat eripiatqꝫ Monsavocerio
Tuo suo languidus quidam absentiæ tuæ v. dolor. Verè enim amans
dolet & moeret propiusqꝫ sæpe saepius Exquilias illas deprecatur

— queis Tibi soli coeli maxima porta patet

Si fas endo plagas coelestum ascendere cuiquam.
vbi non loquendum sed gubernandum est, & quæ hic aliis
verba fuerant Tibi sunt opera. Clam me non est quod
in luce omnium claret non tam placere aulam Tibi quàm
Te ipsum ac Tuam comitatem illi Sed eo suspicantur Deuoti Tui
(precor ignoscas) argutius ne te ~~rapidius trahat~~ eorum
charis auellat amplexibus rapidius trahens ad se cui iam
& vsui sis & tui pares ornamento. Quod vt serio assero
& bona mente Sic ne in longum me tædium proferat
cum vel pauca hæc scribere vix detur, vno verbo dignationē
precabor Tuam æstum vt meum explices indulto ad Te
Illustrissimumqꝫ præstantis & capitalis semper ingenii fama
patrem visendum & salutandum benigno commeatu

Mane domi si vos merui voluiqꝫ videre
Aperiam voce omnium languores quibus præsertim a Te
victis devinctisqꝫ beneficio multiplici noviter medearis.
& quemadmodum novis mirandisqꝫ (Rebus an ludis) Salmanticæ
Tuæ, prorumpāt ~~Martineas~~ præcipue Tui qui toto vertice
supra ~~sunt~~ primi quidem ante omnes pangendis quæ ex

evomente

Te tanquam Homero suo audierunt hauseruntque:

Vt prorumpat ipse Martinez tuus, ~~na~~ Etenim

insolito gressu prior occupat ausus

sibiqz arguto Epigrammate ad præmium viam egregie fregerat, ni iam fassus (heu) inventum Monsavoerii Tui qui (humilitatis immemor numquam) Lyricis satisfaciendū sibi meditatus est, ni peregrinitas removeat stili magis quam personæ Hispanicū ad morem fere iam ~~omninò~~ efformatæ ac Pallenicum nonnihil ~~quamvis non~~ et Hispane conditum spirantis. Sed, Deus bone! inter hæc quid audio? ex Curielio (quem Salmantica Tuque qui egregie Salmanticam ~~na~~ ~~eius dignissimū caput & in ævum omne parentem~~ nosti) ~~suo munere suo Legationis pro Rep. lrāria perfungente~~) prædones Herculem fecisse, decimamq saltem ex Musæi libris nummisq (qui obuii) ædibus effractis ~~incerto~~ ~~licet~~ ~~huc usq & nobis~~ ~~ignoto per eius absentiam damno~~ expilasse. quale enim damnum effractionis quantumque nobis per eius absentiam ignotum est adhuc. Audierunt alii in Curia vbi pro Rep. literaria legationis suæ munus tam præclare apud Regem ~~obiit An obiuit~~ obit Antistitem designatum ac Romanorū in Pontificibus summis more veterem hominem denudandū cogitasse. Vt vt sit monet is casus nos vel sub majori (si possit esse) solitudinis, in qua versamur, poena & tædio, prætorii tui foribus non modo pessulum sed

& machinas obdere valide ac tempori id est ante ipsum crepusculum (Et quia iam canunt itur receptui) qualescunq has literas perstringere & claudere festinanter. Non tamen priusquam Dominis meis Ill. vtroq parenti fratribusq vt Tibi (sine quo viuere ah quam durum est) humillimè manus fuero deosculatus, speciatim ex animo æternùm manens

Virtuti T.

deuotiss. addictissimusq Mons avoeri⁹.

D. Laur. Ramirez de Prado Monsavoerio S.P.D.

Haud quaquam verbis explicare possum quantum exhilaratus fui literis tuis (dilecte Monsavoeri) vt plenis amoris & affectus in me summi. par pari solvere cogito, & solvo numquam enim propensiorem aliquis ex meis vidit, nec est visurus. debeo et non ingratus in me voluntatis beneficia collata veneror atqz suspicio. Quod vt cognoscas quam habeo facultatem concedo invisendæ nrã domus Veni Veni videbis Hinc rediemus simul ad veram patriam, veram litterarum sedem. Hac accepta illico illico inquam iter ingredere & tecum affer commentarios quos transcripsisti Et ego ligaui ad hoc vt die Lunæ sequentis hebdomadis coram auctoritate summorum Patrũ in regio Consilio palàm faciam & priuilegio impetrato die Martis omnes iterũ in Salamanticam eamus. Vale Vallisoleti IV Id. Iunii

(1) LCV D. Laurentius Ramirez de Prado

De inuasione latronum in Curielii domũ vehementer

doleo & magis meritoqz cum videam prius
denudationem quàm Episcopatum & in
Fortunam si Fortuna datur insulto cum
meo Martiale

Expectant curæ catenatiq labores
Quid non sæva sibi voluit fortuna licere.

Ill. Dno Laurº Ramirez de Prado S. D

Post natas Musas atq adeo erectam egregiam vereq regiam
Salamanticam illustriora esse habita etiam ~~est~~ istic
Vª Dignatio non audiet quam his in oris pro tempore
certe aureis: Tot sacra, tot incendia, tot ludos alibi non
vidi sane: & q mirum visu, difficile creditu est tot innocuos
ignes qui Dianæ Ephesinæ ~~templo~~ etiam post Alexandri
partum curis liberæ templum absumsissent breui: Sola
subditorum in Principem vota ardoremq mentiũ sua
flamma testantes sic feliciter cesserunt Vniuersitati oña
vt quæ ad ill. tuæ prudentiæ instar qua Ciuitatis sacra
ludosq moderatus eras nuperrime. Vtinam æquitate
pari præmia qua ipse Tu Cui vel absenti tot encomia
tot præconia à poetis Salamantinis vndiq decantantur
vt noua plane aliaq atq alia identidem sibi gratijs
habitis præmia demereri videantur Augustinianus
Mendez tibi Epoden alii rythmos & versus omnis
generis pararunt Pater Io. Marquez non immemor
subnotatorum tuorum (quæ dicente eo a Monsa
vocrio tuo renotata) salvere te in immensũ jubet
& scribit. Mihi valere te in votis præsertim ac saluũ
validumq esse & valentem. D. fratres valent &

familia (excepto tuo Monsavoerio, qui per absentiam tuam supra solitum languidus nimis) tota Valent Musæ quæ extra omnem & illam de qua scribebam in Curiclii ædibus aleam & casum iugi omniũ nostrûm custodia sartæ & tectæ. Martialis valet cui etsi (ut verum fatear

——— amat Polyhymnia verũ)

die non inseruiuj

Hæc tua me Virtus tamen & spectata voluntas
Suauis amicitiæ quemuis perferre laborẽ
Suadet & inducit noctes vigilare serenas
Serio vt dicam securus laborum & amoris
magis cũ periculum facies videbis & noscis
magis in eius mente qui

Virtuti Tuæ

Deuotissimus semp Monsavoerius.

+

~~Auerem ego et percuperem quidem sæpe (si auderem)~~

Exoptarē quidē sæpe salutare literis D.nē V.am (Vir amplissime) Ni, tenuitatis meae conscius & memor, in Sapientis Senecæ Vestratis essem edoctus scholâ qui monet, actiones inhibendas ~~esse~~ donec nos aliquod officium solemne vocet ac provocet. Et, verbum Isayæ est, cultus Iustitiæ silentium. Sed quia vt tempus, sic et finem tacendi iidem silentii præceptores statuére, veritus sum, & forsan Vestræ D.nis judicio verè ratus, in vitium illud τ δυσωπίας intempestiui pudoris incidere q̄ elapso silentii termino subrusticè tacentibus exprobratur, si subticerem diutiùs alacritatem illam quâ perfundor & fruor ipse, non solus, perjucundè adeò ac lætanter videns D. LAVRENTIVM RAMIREVM paternæ laurus ac virtutum MIRE RAmum, præter illas quibus pollet animi corporisq̄ dotes eximias, eas in artes strenuissime distendentem se, quæ et Regiæ sunt prorsus, Et sine quibus (ait xenophon οὐκ οἴοντε τοὺς βασιλεὶς καὶ τὰς ~~[illegible]~~ τῶν αὐτῶν βασιλείας θεραπεύειν) impossibile est Regibus eorumq̄ Regnis inservire. Nam & alacritas illa non mea est: nec quo modo Nisi eliacè id est Solariter, vel solis illius mei splendore tenus

ad me diu pertineat non video. Illud duntaxat
pervideo & scio bona fide studiorum illa suorũ
otia omninò ~~referenda~~ esse gratiæ vestræ
referenda cujus ~~m~~ benignis aspectibus influxuq3
nobis viret & lucet vigebitq3 ac fulgebit inde
magis ac magis in vniversũ Hispaniarum atq3 adeò
Christiani totius Imperii orbem; ac Terrarum. quibus
ipse multilinguem non solùm sed & omniscium vt se
præbeat humaniorũ non modo antea literarũ,
& Iam Jurisprudentiæ seriò pervoluit libros, Sed
& statis horis Cosmographiam adjungit. tantâ Doctoris
Zamoræ industriâ ac pereleganti methodo vt nil
mirabilius nec majori progressu ac feliciori facilitate
tentatum vnquam & aggressum ex mea studioso-
rumq3 quos novi omniũ memoriâ contigisse, possim
& ausim affirmare. Siquidem accidit sed raro,
quod de Aristotele & Alexandro pridem dictum,
magnis ingeniis & miris magistros illos miros
obuenire qualem se Doctor Zamora exhibet, ac
potest (ob foecundissimã & instructã artibus variis
tum Mathesi & Medicinâ penum) exhibere: vt
qui ab aliis longe Cathedraticis differat: iis dico
qui vni scientiæ addicti in ea ciues: in ceteris
autem omninò peregrini minus foecunde ac facũde

minus instruunt suos. Cum (ex philosopho) necesse sit qui artem vnam docere velit perfecte non ignarum esse ceterarum ad quarū vel exemplar vel modū figat in addiscentium animis inculcanda. Adderem de doctissimo viro V.ro D.o obseruantissimo ac in D. Laurentium studiosissimo celebria & commendanda plurima. Ni scirem etiam in Curia Cometem suum perdurare existimationem autem doctrinæ ac industriæ suæ apud D.V. & nobilissimus quosq; nobilissimaq; artiū amatores æternam fore præsertim si vel opus illud ~~in quo~~ de Cometis (in quo præcelsa admodum & cognitu necessaria vt pulcherrima pernotavit) in lucem prodat. Jam audio & librū hunc suū simulachri Phidiæ instar in supremo Regis Consilio cui assides probatum statim simul ac visum Ideôq; magnâ & curâ & impensa excusum typis. Non potest tamen vt nec decet dispensandū in manus dare non obtento prius in id Consilii privilegio. Cum autem publicè intersit tale sub modio lumen non abscondi Nullus quidem studiosoq; quotquot in orbe reperiëntur extabit certe qui Supplicandum non ducat mecū instantius quidem quò humilius D.i V.ræ suam vt benignam opem ac Jussum quem potest velit impertiri ad concessionem expeditionemq; privilegii d. Doctori Zamorano ad promulgandum & emittendum librū præcessarii

D^ni V^a

Sane enim si placeat in ea re satisfacere
Zamorco de orbe bene merito cuius quotidie
rimatur plagas Orbis erit qui se D^ni cid. V.^a
pro tanto beneficio debitorem & expromissorem
profiteatur, Speciatim ~~autem~~ vero

Virtuti Vestrae

devotus vere deditusq; semper

Monsavoerius

qui in authore Salutis Salutem omnem &
quodcunque ex voto desiderabile bonum
precatur libenter V.^a D^ni suisque
atque ea mente qua peroptaret videre
dies illos meliore lapillo connotandos
quos vester Salomon ductus odore ~~vri~~ vestri
Laurentii quasi agri plen^i cui benedixit Dominus
~~v~~ imitandae paternae virtutis ergo multos
ad annos una cum patre gloriose transigendos
in consortium vocet ẽ exultatione Vniuersi.

+

Cerda Soc Jesu

Magnum virum Tris interpellare praesertim quum nihil utilitatis adferant & eruditionis audaciam magnā semper judicavi Verùm enimuero si limina alicujus Musaei audacter possum tangere ne dicam ingredi tua sunt quae Aedituū habent quem veneror ut magistrū admiror ut eruditum amo deniqz tanquā amicū amici ergo discipuli & philologi munusculum accipe hilariq fronte suscipe quod si sinu foveris non dubito ausurū volitare per astra non conscripsi levi brachio ut aliud schediasma q manuscriptū misi Doctori Medrano ille injuriâ potius quam obsequio misit cuidam Doctori Hispalensi qui adeptus fuit patrocinium magni viri P Joannis de Pineda e tua Societate non manuscriptū sed accurate excusū, nō Latine sed Hispanice ita ut omnes Lectores suam sniam intelligerent si bona laudarent si mala irriderent. Legi attente & perlustravi quūqz meam sententiā pbasset Doctor Medranus mihi fuit visū vel sua caussa me debere fulcra magni majoris roboris quaerere ad meā stabiliendā ctrariamq evertendā. Pro virili composui & quāuis nō fuit in aīo ea pmere in lucē vel me invito Doctor pmulgavit. Timeo ne videor Herculi clauā extrahere sed in tantū virū audere satest quamvis vincar. Judiciū ā te peto q si pme quis ctra me! Nunc vō finē Eplad scribendā impono ne utrāq manū impleat. Vale.

Trimestri fere languore ex morbo contracto tuis avide expectatis
gaudioq; susceptis respondere distuli: Non ego in eorū numero
in quem tu meritissime annumerandus qui commentarios
scribam infirmus, vt tu ad Tragoediarū Principem febri
quartana detentus vt somnū falleres: vel vt tuus Lipsius
in decennali & diutino illo morbo: cū ne dū Epistolā, vix tanto
decurso tempore dictaverim. Scis debile corpusculū in eo par
ingeniolū obruas absque dubio si quid gravius imponas. Studio
& gaudeo t' longa peregrinatione tua iam sedem fixisse &
Salmantinam urbem appulisse, unū Hispaniæ scientiarum
omnium emporium: ubi S. Paginæ interpretationi intendis;
quali fructu auditorū! arbitror copiosissimo, uberrimo. O me
fot felicem! si te è superiori loco sacras litteras explanātem
viderem, suavissimis hisce epulis mirū in modū recrearer: tū
privato alloquio, quo nihil dulcius palato meo umquā accidit
Vidi te, expansis brachiis adventantem excepi, quo gaudio!
vix dici potest. id verò moestitiam peperit: quia expertus
tantum bonum citius amisi quā vellem. Vnū mihi solatium
reliquum est, te litteris compellare: utinā frequentioribus
ut vicissitudine officiorū semel natus amor coalescat &
crescat. Interim ut pignus aliquod civis habeas mitto
Responsū fratris in causa Ecclesiæ nrae D. Mariæ de
pilari. pro Jure sedendi in Comitiis generalibus ante
Cathedrales Ecclesias post Metropolitanam. Videbis leges
judicabis: expecto judicium liberum tamen, sine ulla

amoris nubecula circumfusa menti. haec si adsit, illud certe aberit. Rumor est nec inani suspicione nititur te Germaniam cogitare optarem equidem ob publicum bonū: etsi privatū meū aegre ferret. Scis tuorum operū editionem incommode in Hispania posse fieri quum nec Typographi horum experti, nec characteres apti: item terra quam inhabitas fastū typhumq; quaerit vestium splendore, & inani verborum copia homines metitur: scientiam tamen imis retentam penetralibus difficillime expiscantur: si haec velamine humilitatis sub sordido aliquo palliolo delitescat. vos Belgae cultu corporis & verborū suppellectili exuperari spernitis, candorem animi & pacatius ingeniū ab ipsis incunabulis & capacius cum lacteipso sugitis: si quis tū effervescens juvenilis ardor eruperit, cohibent litterae, & studia quae vobis in perpetuo contubernio. Itaq; mi pater, hoc cura, quae tibi semp fuit potissima cura: hanc vellem nunc susciperes ante tuum reditū, ut Epigrammata illa in Haereticos Lauini Torrentii ederes, ut pollicitus es, si commode Typographū invenires. Tabernicus adest, expertus es eius diligentiam in Orientio, sine ullo mendo, recuso politissimis characteribus: item in majori opere, Laurea nempe Salamantina & in aliis quae ex tua officina exire vidi. De Lipsio si quid novi enuncia. Diebus elapsis venit ad nos miles quis eius ingressū in Societatem asserebat: imò asseverabat: sed nugari credidi quia ille emendicato vivebat, & ut meliorem sive majorem sibi ~~pararet~~ pararet victū à nro Collegio, has nugas, ut opinor, texuit Habeo ejus opera nuper edita nempe D. Virginē Hallensē Manuductionem ad Stoicam Philosophiam, Physiologiam

Stoicorum & monita & exempla Politica hoc anno
excusa Si isthic inveniri poterit Apologia in Lampugnanu
valde cuperem, haec sola ex eius libris mihi deest: mone de
precio si emeris. Gratissimum facies si aliquam eius Epistolã
vel Volseri mittas vellem eorum manu aliquã exaratã
habere. Nescio quid de Martiáli ibi excudendo a Cespedo
audivi, vel à tuo amico D. Laurentio Ramirez de Prado
his sui ingenii abunde specimen praebet. Notis illis additis
ad Orientium si ij est urge hominem ne sibi tantũ jus
interpretandi Poetas exteri assumant quando sunt
nobij homines qui munus istud atque obire queant.
Oscenses illi qui Orientii editionẽ polliciti sũt, nihil
minus curarunt: nos exemplar tuũ domi retentũ
servamus in Bibliotheca, una cũ alio huius secundæ
editionis ob notas tui Amici: quem salvere jubebis
meo nomine. Si Bibliotheca Antonii Augustini opus
habes, ut mittas P. Possevino. habeo amicũ Bibliopolã
Barcinonæ qui eam brevi deferendam curabit. Tu
verò vale & me ama, Te impense Pater & frater
valere cupiunt. Caesaraugã VI Kal. Augti anno
CIↃ IↃCV

Bartholomeus
Morlanius

P. Fulgentius de Caspe
multis verbis te salutat.

D. Johannem De Salas Salvore jubeo

Acre judicium viri omni lrarum gnē politissimi subire periculosū est. quis neget? Quis verò fidem solvat si solutione ipsa non liberari sed ære alieno videat se magis opprimi? Promisi Tibi mittere discussionem illius loci Juvenalis Sat. 7. fos. 19 Quumq; voce prolata Tibi arrideret diu timuj ne literis exaratam irrideres Quod fuit in caussa ut hærerem nec de rescribendo cogitarem Solventem namq; me majoris summæ debitorem conuinceres Verum enimvero tantū inductio animj & amor erga te sūmus apud me valet ut quæcunq; volueris utilia judicem præterea quod meritorū tuorū vel minimā partem licèt pro obsequio Tui vitam profundam assequi non videar Accipe ergo explicationem & remisso vultu non veteri supercilio contracto lege Quod si feceris spero fore ut nebulam caligantibus oculis offusam præeunte hac face fug~~abis~~es Pando jam vela. O utinā & Zephyrus spiret.

Laurus consecrata arbor Apollini erat coronis Poetarum dicata Quum hunc Deū venerari solitos fuisse vates constet. Credebant etiam veteres eidem inesse vim mali ~~au~~ averrūcandi Unde natum proverbium δαφνίνων φορῶ βακτηρίαν quo quis ab insidiis alicujus negabat se timere Quò etiam videntur spectasse Græci ad fores Laurum habentes fuitq; credita præsensionem habere futurorum Claudianus Lib. 2. de rapt. Proserp.

—— Venturi præscia Laurus.

Hinc ariolos qui se ἀλεξικακούς & post futurorū scientes ~~prædicabant~~ venditabant, gestare Laurum vel in lectione Senecæ versatis obvium est & ore ferre etiam confirmabis ex pulcherrimo loco Theophrasti in Caractheribus cap. 16 περὶ δεισιδαιμονίας cujus verba Latinè reddita sic sonant. Superstitiosus verò is est qui e lotis manibus & aqua lustrali aspersus est templo folium lauri ore prehensū tenens integrum diem ita ambulet Quumq; poetæ vaticinio præcellere crederentur, unde nomen vatū sunt consecuti. Ideò illius arboris frondibus coronabantur & tempora ingeniosa semper viridi daphne redimibant & quando poetas laurū gustasse dicebant quos Græci δαφνηφαγοὺς vocabant. Sic Lycophron in Alexandr.

δαφνηφάγων φοιβάζειν ἐκ λαιμῶν ὄπα

idest

laurum vorante fauce bacchata est sonum.

& Hesiodus gustata lauro poetam factū esse & tā præteritorū quā futurorū scientem dixit his verbis

Καὶ μοι σκῆπτον ἔδων δάφνης ἐριθήλεος ὄζον
Δρέψασθ' θηητόν. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θείην, ὥστε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Ait ergo Juvenalis Confidant nunc Poetæ bono sint animo, mercedem laboris ferent quicunq carmen composuerint, & Poetæ subito apparuerint gustata lauro

Laurentius ratrures
Mirare laurus inest
An. D. L. R. D. P.
p Monsavoerium
invent

Postquam ex ~~tris~~ tuis ad Martinū Del Rium litteris cognovi quàm magno amore omnes Minervæ cultores & amatores prosequaris decrevi Te meis interpellare præsertim cum rationes meae ad te proficisci non patiantur sed cum diffidentia laborarem et tanti nominis reverentiâ animū traduceret Statui potiùs dignitati tuae quàm voluptati meae satisfacere Nunc alta mente perpendenti occurrit ~~iterū~~ mihi iterū quanti facias politiora studia q facile intelliget qui viderit Orientium à me excusū tam hilari fronte & complexu toto à te receptū & cū habeam recens Syntagma de pliniani loci explanatione audacter viam ingredior forte munitā hoc munere Composui lacessitus Nam quū Epistolium misissem quo judicium meum indicabam Doctori Medrano & ille remisisset

cuidam Hispalensi Medico adeò se injuria affectũ iudicavit ~~ille~~ ut à patre Pineda, viro oium scientiarũ genere ornatissimo patrocinium affatim quæreret & præstitit ipse. ~~A~~ Quale sit illud Certamus

et adhuc sub judice lis est

A te peto ut sincere & ad amussim exigas Quod si

per leue seueros

Effundat junctura ungues

gloriam litterariam ad quam à pueritia inflammatus fui omni cura atq; industria consequi pro virili conabor. Et Martialem nostrũ jam paene erũpentẽ in lucem audebo emittere Deniq; rogo te ut me in tuorũ loco numeres.

unũ si superest locũ rogamus

Nec me quod Tibi sũ novus recuses

Omnes namq; veteres tui sodales

Novi fuere

et cum aliquem habemus deligendum qualis futurus sit tantũ attendere debemus. Vale meq; ama

Salm^ca Id. Sextil.

+

Egregium opus ad me missū (clarissime & eruditissime vir)
cui non Jure Schediasmatis est nomen inditū nō
armatura levi sed de loci pliniani discussione lib. VII.
cap. L. virili conscriptum stilo accepi et statim optabile
non minus ac honorificū beneficii non contemnendi
pondus duxi: quam clamoribus nris suavitatis gratis-
simae occasione eruditionisq3 abstrusae excitatum
summam ejus elegantiam admirandā Nec me ite
memorem experiri (q admirabilem in me laetitiam &
existimationem concitavit) ea ratione mihi tribuam
quod disertissimae orationi tuae schematibus & senten-
tiis pro ingenii dignitate refertae aliquid possim aucto
ritatis addere Nam quamvis me semper dum aetas
aptafuit nec animus ullis aliis curis occupabatur
et dum ad capiendum bonarum litterarum cultum
necessaria supperebant assatim magnum me semper
earum amatorem praebuerim: studiose tamen huic
rei jam diu haud operam dedi. Adeò ut id q rei
militaris tradunt scriptores etiam veteranos
milites pro tyronibus habendos cum diu aspernādo
cessarunt exemplo possim comprobare meo. Sed qr
Judicem dum eo me honore affeci sti judicium tanquā ab
homine tibi deditissimo acre requirendo inter eos

scriptus haberi apud quos tanti ~~tua~~ quae qꝫ res ^tua est
ut ea feliciter frui albo soleant numerare lapillo
statim enim prout ingenioli tulit tenuitas mentis
aciem in peragrandū opus contuli et me ab eo laudando et aperiendo quod sensi plures reprimunt
Illud praecipue ne quis mihi tribuat qꝫ ex Juris nri
coryphoeo Baldo desumtum memoria repeto silent
qui scripta tantum discurrunt & ~~pt~~ frigiditatem
stomachi in eis contenta non digerunt cuia tñ
magnitudo & praestantia earum rerum quae typis
mandatae solent omnium manus peragrare nō
tam ex ingenio & dicendi copia legentium pendent
quam ex differentis animi dignitate & splendore
Ideo praeclara scholia in Plinianum locū edita
non solū aliquid qꝫ pias possit aures offendere ñ
habere ausim dicere sed gratissimam potius sermonis
elegantiam continere dicendi multis exornatā lu-
minibus sicqꝫ variarū rez & sententiarū praeclarāꝫ
eruditionis copia referta sunt ut gratulandum
tibi (prout ipse gratulor) miranda in modū Judicē
qꝫ typis excusa prodeant in publicum ad studiosorum
praesertim qui bonas literas amant & voluptatem
& utilitatem & qꝫ caput est sic reconditae & abstrusae
inhaerent veritati ut ex ipsius Plinii mente vindicatur
petita & in ea reposita cuius exactissima vis sub-

verti non solū aliquibus ibi contra eam frivolis relatis
fundamentis videtur sed eis potius reddi nitidior & dum
Christophorum Medranū Apollinaris facultatis virum prout
experientia gratissimis personat vocibus nō solū disertissimū
sed alias ingenio & maximarū diversarū q3 rerū cognitione
longe doctissimū ei assentitū ei videor magis veritatis
ratione ductus quae plurimū valet fecisse credam quam q
adulationi praebuerit concentū. Et haec bubulo pede
sufficiant dicta qr quemadmodum res sacras silentio
venerari decet (plura enim de his tacendo quā loquendo
dicimus) sic satius est ea quae deredici possunt sacro
quodam silentio involvere quam inffantissimi oratoris ex-
plicare oratione. praecipue cū laudet amet cantet tuos hęc
schola libellos teq3 sinus oēs te manus oēs habeat et nulla
futura erit tambarbara aut longinqua natio quo divini
tui ingenii maximarumq3 rerū cognitionis in tenera paene
aetate non perveniat fama nullaeq3 ingratae literae
quae de tuis laudibus conticescant: nulla denique tam surda
posteritas quae clamores nros admiratione tuae virtutis et
praestantiae excitatos non exaudiat. felix quidem &
auspicatum in te elucescit principium Et praeclare positū
rudimentum quid nō bonorū a te expectare poterimus
cum talia nobis prima tui ingenii specimina praebeas
Pergę igitur adolescens egregie omnibus veraę laudis
Et gloriae dotibus ornatissime Nullibi enim egregiam
istam indolem quam in te intuemur omnes, istud inge-

nium ad oīa sūma natū ætatem istam ad
ęcipienda sapientiae virtutisq; semina omnium
exactissimam aut honestius aut suavius aut
fructuosius quam in eo exercitio in quo oblectaris
sic poteris collocare faxit Deus a quo oīa &
à principio constituta sunt & usq; in infinitū
tempus reguntur & gubernantur te suo ubiq;
præsidio ~~muni ut feliciter~~ muni ut felix
feliciter redi valeas felicior fausta oīa, tibi
felicia et ex voto eueniant ut ea quæ in aīo hbs
possis ~~ut oēs~~ speramus debita tibi felicitate
praemiorū huius Academiae (cujus digni-
tatem sustines) gloriam obsequentissimorūq;
tui gaudio perficere Vale

Tui observantissimus
Garsias Peretius de Araceel

Litterae tuae ita me exhilararunt (magna enim laetitia afficior
talium virorum ~~judicio~~ officio in me collato) ut paene desipere videre
Quis tot tantaq; encomia à clarissimo viro virtute ac eruditione me
judice omnium praestantissimo fidenter exspectasset & quis
expectatione desperata his non gauderet Desperasse juvat
— minus gaudent qui timuere nihil.
Sed Tu ita beneficia in me cumulas quae tua benignitas est ut
ingenitam nobilitatem facile perspicere possim Gratulor mihi
quod tanti viri gratia quae summa est uti & frui liceat
Quam collectam haudquaquam profundam Quod quam
mihi jucundissimum sit testatum apud animū tuum p virili

facere conabor ~~et~~ longi temporis usuram qua intermissa &
quasi languente nr̃a necessitudine & gratia carui & crebritate
offo & calore sarciam. Gaudeo ꝓfecto & nunc operae pretium
duco cum tanti facias Schediasma meum ꝙ nigrũ mereri
Theta cogitans albo lapillo notatum video. Conscripsi paene
lacessitus vel Doctoris Medrani caussâ qui quum in meam
sententiam pedibus fuisset fulcra ad eam stabiliendam con-
trariamq; evertendam ne quis cum levioribus rationibus
niti intelligeret visum mihi fuit quaerere. Quod potui
feci Modestiae memor habitâ summi viri eruditionis
ratione adeò ut justo dolore a me injuria se affectũ esse
conqueri non possit sed illico medici Hispalenses acriter
insultabunt & forte carpent quae non capient qui
melius facerent si se sumtibus inanibus non vexarent
l. i. de inoff. testam. quũ obtinere spem non habeant quã inter se convitiis
digladiare & aere alieno excudendis his quae lucem
non videant dignissimis se adstringere. Ego verò
nihil illis reponam. Sed si victus fuero solabitur me
Ajax Ouidianus qui in haec verba Ulyssem solatur.

Quod quum victus erit ~~secum~~ mecũ certasse feretur
honorificũ est — tanto sub hoste mori
Aeneae magni dextra cadis dixit Poeta

Et si victoriam fuerim adeptus majorem gloriam
videar ꝯsecutus. Non juvat ex facili lecta corona jugo
Vale vir Nobilissime cujus tp̃a Daphne viridi redimiri
spero & me ἴσω ζυγῷ ama. Vale iterum.

Ex Musaeo nr̃o Sal.si

Litterae tuae ita me exhilararunt ut levarent prorsus animū à curis
Video officiū amici in me collatum quod tanti facio ut videar nullam
partem tuorū meritorum assecutus quamuis tui caussa vitam ipse
profundam Nonne Judiciū sane acutū & eruditum mihi credis? Nonne
urbano sale & acri pungis syntagmatisten in quo nec mica salis?
O verū judicem! qui omni adulatione semota sincere sententiā promis!
Gaudeo & vinculis amicitiae tuae libentissime adstringor. Quanta sunt!
Quanti facio! Quanta inquā suavitas necessitudinis, studiorū similitudo
ad sūmam obsequium quo magistrum prosequi debeo. Quem ut discipulus
imitatus tela jacere possem in hostem. Tibi librantur quā fortissime!
Ego verò innocuis verbis semper ludo.
Vt mea nec juste quos odit pagina laedit.
Modestè potius quā dicteriis consulere tutū duxi sed doctissimus ille
forte in me insultabit Quod si a pugna victus recedam solabitur me
Ajax Ovidianus
Quod si victus erit mecū certasse feretur
Tamen sū bono animo & quamuis non contemno hostem
non metuo. Cur timeam si tibi manus non do Breuiter
objectis satisfaciam Et tua forte diluā. Ais me captū
esse q dixerim Plinium debuisse dicere circuitū quadrinū
Fateor Quis ad denotandum eam febrim dixisset calor
& rigor remeat trinis diebus & noctibus. Possūne dicere
Petrus remeat trinis diebus ~~trinis~~ & noctibus pro remeat tertio
quoq3 die? Haudquaquam possū Latinè, vt arbitror. Illis
enim verbis nil aliud diceretur quā buelve pasados tres
dias y tres noches continuas. Hoc dicendi genere

genere usus est etiam ipsemet Plinius lib. xi. cap xxxv
dū trinis aut quatrinis diebus per tres o quatro dies
significat Deinde aij me admittere illa verba
toto anno explicanda esse de morbo verbi gratia
Antipatri Sidonii. Exemplum non quadrat Nam
illa verba toto anno intelligo significare febrim
quæ per totū annū afflictet & lapsis aliquibus annis
suo circuitu remeet. Qui circuitus forte potest
inveniri quemadmodū alterū invenit Gilbertus
Anglicus qui testatus est aliquos diese se vidisse
febres de septennio in septennium ut docet Forestus
Schol ad observat. 43 lib. 3. de febrib. Sed quāuis
exemplū quadraret quis argumentū? Si Plinius
desumsit rem non verba à Valerio. Valerius
circuitū morbi appellat illam Antipatri febrim
& Plinius febres etiam remeare per circuitū dicit
Sed non tertio quoq; die. Sed trinis diebus & noctibus
elapsis febris inquam. remeare inquā illas elapso
anno vel aliquo temporis spatio et iterū durare
per tres dies aut quatuor continuos. Nam ut Sidonij
semel in anno vno die febri laborabat. Sic alii
febri possunt afflictari per tres dies ut Skinkius
docet. Aut tua non capio, aut ego nō capior.
De cæteris nil dicam: me defendere aliū nō
offendere jam est animus. Vale. lumen nīri seculi

Et si vacas illum versū Georg. Virgilii
Gnosiaq3 ardentis decedat stella coronae
interpretatū mitte de quo jamdiu ambigo. Vale iterū
Salamanticę postrid. Kal. Sept. CIↃIↃCV
Ita dolore capitis laboro ut paene R. Laurentius Ramirez de Prado
desipere videar: Ideo transcursim haec
scripta ab Amanuensi Illa corrige & mihi ignosce

Hae lrae vndeat sequentibus quae scriptae ὕστερον πρότερον.

Lectae mihi tuae lrae cū incredibili voluptate Illae me
studiis meis oppressū recreant laboremq3 avertunt. Quid schediasma
illud? Sed cur ita voces rem plenā negotii sudoris operis?
Hoc enim non σχέδιον Praelegeram jam vulgare syntagma
de loco Plinii quod forte è Nostris quidam in man' dederat
ad se ab Hispali transmissū neq3 tū sciebam rixam illam è
re tua ortam Ut tuas vidi statim mecū! At at hic ille est
magnū certamen Corydon. Volo hic tibi sententiā meā credere
quam tibi retine efficeq3 ut similia tibi tutò possim
committere. Morum Plinii cuius plenū est syntagma illud
satis longū abominor: Vide quo gradu rem ponā Fructus
hic non ad gustum aevi hujus ad gustū forte illius in
quo cibus
Fragraq3 & induris haerentia mora rubetis.
Schediasma tuū si non alio (& multis certe) saltim
idiomate superat quod purū Latinūq3 Cum syntagma
illud natum sit inter vernas & foculos. Adhaec quàm

fortissime tibi librantur tela contra morū? Alpina credo adeo illa valida Nunquā ego dubitani quin in Plinio (per sapientiam mori) sit desipere & φρενίζειν ut etiam explicat Delcampius. Debes Lucano vividam loci tui explicationē qui non simile sed idem cū plinio dicit. Itaque attigisti probe admodū rem in qua situm certamen.

Sed vide (candoris mei hoc esto non livoris) vide inquam An quæ præcedunt et sequuntur capi aliter possint, immò debeant. Si quadrinus circuitus quartana est cur non quadrina remeatio? Deinde quid tu nō credas Pliniū in sermone quem habet & morbis intermittentibus, non tertianæ meminisse? Et quidem nulla hujus mentio si sequamur tuā explicaōem. Ergo sn̄ia Plinii fortassis est ista quā subjiciam cū aliis cōmunicatā & præsertim cū viro quodam docto é nostris

Agit hic Plinius de morbis intermittentibus qui solū hoīem invadunt. Ergo ait remeat calor aut rigor certis horis (intelligo febres illas quas Hispani vocant ciciones) Pergit. remeat calor aut rigor etiam trinis quadrinisve diebus. en tertianas & quartanas Demū remeat calor aut rigor toto anno elapso sicut accidebat Antipatri Sidonio. Cur autem per verba illa toto anno possis capere elapsū & præteritū annū lege Lips. lib. 1. antiq. lect. c. 3. Habes hactenus

remeantem ~~horam~~ febrem certis quibusdā horis, trinis diebus quadrinis demū toto anno. Subdit deinde Atque etiam morbus est aliquis sapientiam praemori. His verbis fortasse indicat caducum aeuū in quo solet sapientia mori abire pars melior hominis restare tantum inutilis sarcina corporis Sed hoc tu docte satis Procedit plinius Morbis enim quoqz quasdam leges natura posuit. Cur enim? quia redditur ratio morbi remeantis elapsis certis horis, elapsis trinis diebus elapsis quadrinis elapso anno toto. Demū redditur ratio caducantis aeui in quo solet saepe sapientia mori. Perinde ac si dicat. Remeat morbus certis horis diebus elapso anno Amittitur sapientia certo quodam tempore: Nam morbis quoqz posuit natura leges Iam quae sequuntur de febri quadrini circuitus non tā capienda sunt de quartana cujus mentio jam praecessit quā de tpe quo illa invadit hominē. Ideò signatè ait Quadrini circuitus febrem nunquā bruma nūquā hybernis mēsibus incipere Quia videlicet persequitur pluribus leges illas quas natura posuit morbis. Ergo integra sententia erit ut aemuler Nostrum syntagmatistem Tienen los hombres calenturas intermittentes que no tienen los de mas animales, como son ciciones q̄ buelven a ciertas horas: tercianas q̄ buelven al al dia terçero: quartanas q̄ al quarto: Cierta calentura q̄ buelve al cabo de vn año como la de Sidonio: tienen en la edad caduca una cierta enfermedad en que suele faltar la sabiduria porq̄ la Naturaleza tambien ha puesto

leyes en las enfermedades: y assi la quartana siempre viene pasado el ynbierno &c Haec videtur esse mens plinii, etsi in nonnullis erret. Nam quartana hyeme etiam solet advenire & leones aiunt quartana laborare, etiamsi hoc non ita certum

quis pulsus ingditos vel praeclaros venarū ejs tetigit.

Nunc contra te aliqua. Ais plinium debuisse dicere ad signandam quartanā [circuitum quadrinū] & cum hoc etiam admittis verba illa toto anno explicanda de morbo verbi gratia Antipatri sidonii. Captus es. Nam morbū sidonii valerius Max vocat [circuitum morbi] Ad rem plinius rem sumsit à valerio & circuitum valerii reddidit per verbū [remeat] Ergo remeato plinii & circuitus valerii idem. Ac perinde atque quartana signabitur per remeationē ac per circuitū. plinius ergo cum dixit remeat morbus quadrinis diebus capiendus de quartana. Praeterea videris dicere Verba illa anno toto capienda de febri quae duret totū annū: Ais enim esse aliquā febrem quae certis annorū circuitibus per totū annū afflictet Quasi dicas ut ego capio cessare febrem hanc per annos aliquot & elapsis certis annorū circuitibus redire, ac tū cū redit ~~redire~~ durare annū totum. Obsecro quae haec febris? ubi gentiū ubi mortaliū? quibus litteris scripta? quibus prodita auctoribus? plinius certe sincere capiendus de morbo qui redit elapso anno ut in sidonio Ambages aliae aliēq a plinio Omitto alia in quibus potui haerere.

Haec subdita sint Censurae tuae Juvenis admirande avi hujus decus & futurus postero. Corrige omnia inverte dele, inducito. Tuus est animus meus altiore jure, cur non et hęc pagina? Vale

De Madrid. 27 de Agosto de 1665 Jn Luys de la Cerda

D. Laur. Ramirez de Prado Dño suo
colendiss Michael de la Cerda S.D.

Antonius Ramirez frater tuus natu major. (cuius in mancipio me esse jampridem nosti communicavit mecũ libellũ tuum Schediasma vocas) ad pliniani loci explicationẽ 50mi Capis in 7o historiæ libro. Video te Plinii sensũ sagaci indagine e tenebris quasi latebris eruentem sapienter colligis sapientiã mori & sapientius præmori posse dici Teste et Arte qui in Analyticis non semel assumit Piculum Musicũ moriturũ cras quia canorę vocis usũ cras esset amissurus. Sed rogo te perpendas tecũ ipse tacitus ex seq. capis initio vbi plinius furorem morbũ sapientiam ægritudinẽ vocat an sapientia per antiphrasim significet amentiam. Nosti nomina plurima æquivoca significatione rebus appositis significandis accommodata. parcas qr nemini parcant. Benedicere et pro maledicere notum est sępius usurpari. Quis nesciat sacrũ pro obscoeno sumi et multa alia? Quare quis prohibeat veteres sapientiæ nomine abutentes potuisse eodem insipientiam sive insaniam illam significare qua amentes sese sapientissimos putant atqz ex somniata tã multa sapientia citra furorẽ insaniunt Cũmodi exẽplũ fecit superioribus annis apud Philippũ secũdũ Moratus doctor qui tã multa sese intarcinatũ sapientia putabat vt præfocari se eadẽ ad rumẽ vsqz ebulliente sæpissime præsentiret Quãobrẽ amabo te sapientissime Laurẽti videas an Plin. ideo scripserit Morbus ẽ etiã aliquis

ꝑ sapientiam mori quia ex eo Capite sapientiam siue
cicurem amentiā morbū esse probare volueris, quia amentes per
illā siue ex illa solū moriantur absq3 febri vel quouis alio
corporis incōmodo. Quasi dixerit sapientia etiam morbus est
nam ꝑ illā contingit mori. Morbū namq3 in corpore
appellamus incommodū quicūq3 ex quo siue ꝑ q in mortē
impulsi detrudimur iter siue viam ad interitū vocāt
medici Neq3 cohærere sensus poterit in seq. Cap. vbi
in furoris morbo signū lethale visū & in sapientiæ ægritudine
siue morbo fimbriarū curā Plinius adstruit, nisi ut furorem
morbum Ita sapientiam morbū item esse intelligamus. Hæc
mihi ut simpliciora ꝓprius petita ita ad C. Plinii sensū enucle
andū aptiora olim videbantur Tuæ tn̄ correptioni
emūtioriq3 limæ submittimus: Quamuis enim aliquando
etiam in ludo visi fuimus, jam non eadem est ætas
neq3 mens Tuis tn̄ et ꝓbandis & audiendis semper
me habebis auditorem paratissimū Vale Vallisoleti
prid. Cal. Sept. Vsu & mancipio tuus
Michael de la Cerda

Michaeli de la Cerda. D. Laurentius
Ramirez de Prado. S. D.

Jam schediasma meū magnifacio cū illi sit datū tuas
manus attigisse & jucūdissimo conspectu frui quo ego
ita delectarer vt nullū officii erga te onus cuiq3
reliquū facere conarer. Sed quia rationes vitæ meæ
nūc ad te ire non patiuntur saltē litteris salutare

gaudeo plurimū & tuæ amicitiæ vinculis libentissime adstringor quibus nihil duco suavius Quanta sunt! Quanti æstimo! Quanta inquā! si suavitatē morum eloquentiam sermonis doctrinā ceterasq animi dotes adspiciam quæ mehercule suspicio. Legi attente & perlegi tuam Epistolam quâ sententiam de interpretatione loci Pliniani aperiebas acutā sane veluti ab homine docto prolatā & calculo Mercurialis lib. 6 variarū cap. 20 & Delcampi hoc in loco pbatā Sed ut dixi nullam possumus invenire Antiphrasim Si attendamus verba Et ea recte interpretemur Ve F^m Sanchez in Paradoxis Nam omnia ea verba quæ per antiphrasin Grammatici dicunt esse concepta per Euphemismum concipiuntur mali ominis vitandi causa Ideò ne dicerent antiqui maledicere benedicere dicebant &c Et licet per sapientiam (q falsū est) desipientiā possemus significare. Quî sensus quadraret! Morbus est mori per desipientiam Nū cohæreret cū sequentibus & antecedentibus? Minime agens plinius de certis legibus morborū Et circuitibus subiungeret ne Est aliquis etiam morbus p desipientiam mori qui morbus ita conceptus nihil commune habet cū iis quos in hoc Cap. aperuit & cū legibus eisd. morbis præscriptis Præterea non ausim dicere Moritur ille per quartanā dicturus Murio de quartana Priori namq exemplo ~~Quartana~~

particula per habet significationē quā in meo
syntagmate dixi significat partē illā circa
quā homo moritur Posteriori vero particula
per non habet locū Nam si te Iudice
illa verba interpretemur per causā reddit
in qua significatione inveniri haud quaquā potest
Haec sunt quae ad hūc locū habeo, nec alia aveo
Iam enim per sapientiā morior, tot opinionū
discrimine agitatus Vale meq; ama Salm^ce postr.
Kal. Septembr.

Causa quæ in hoc foro agitabatur (cuius te aĩo saltem patronum exhibuisti dum in ea tuũ apud me fecisti testatũ q̃ magni apud me fuit) finem accepit hodie in qua clientulus tuus obtinuit & si quo major lætitia est ad eam palam voce significandam exquisitius eo requireretur orationũ genus nemo incredibile gaudiũ quo (dũ felix votis respondit euentus redeo.) elatus dicendo posset æquare. Hoc tamen non q̃ hujus desiderii occasione aduersæ partis Juri vel potuerim vel voluerim detrahere q̃ in me nec pretio nec prece esset possibile. Nam dũ sacerdotis officio fungor & cultor existo Justitiæ & boni & æqui æquũ ab iniquo separans licitũ ab illicito discernens, notitiam profiteor aliquid in me cõstantiæ ad videnda ea quæ vera & recta sunt inest: multũ animi ad ea p̃terenda ad obtinenda veroꝝ authoritatis plurimũ Nam semper Jus ad ipsius me rationis trutinã dirigit Et eius vim animi mei habeo velut normã & obrussam sed q̃ singulari perfundar gaudio q̃ prima quæ sese obtulit occasio eam secũ comitẽ tulerit rectã rationẽ cui officii mei (dũ me judicẽ animadverto), & tui (dũ magna quibus me cumulas aĩo & existimatione reuoluo) memor & in singulis rebus congruã dispositionem adhibens recte dijudicans, valuerim r̃ndere. Hoc enim, licet sinceræ meæ erga te voluntatis, feruentisq̃ desiderii quo tota animi p̃pensione habes me consecratũ esse possit in testimoniũ: non tamen tui erga me beneuoli animi significationẽ est cur augeat. Nihil enim q̃

non sūmo Jure ei qui causam agitabat & obtinuit
debitum esset feci Adeo vt in dicenda sententia nihil
aut metui aut gratiæ dedisse neq; ad cujusquam
voluntatem animū accōmodasse animū securè polliceri. Sic
ejus rationis dulcedo vis vt nec æquitatis quidem (cui
duxi imperandi generis pretiū scilicet memor) rationē
habere fuerit necesse Quod veritati ita germanū est, vt
dū animi significabas desideriū tibiq; gratissimū. in hac
lite euentū fore felicē tacitus mihi illud Plauti subiicerē

bonum Jus Dices dicis impetrare oportet quia æquū
postulas.

victa pars minace me fortasse tuebitur oculo & aūo
saltim in me insultabit, in solatiū assumā: Quod si
vt nri loquuntur Justitia est constans voluntas Jus suū
vnicuiq; tribuendi, vel (vt Cicero) est animi habitus
communi vtilitate seruata suam cuiq; tribuens dig-
nitatem (licet cū Ouidio in hac parte velit Dicere

— Paulatim deinde — ad superos Astræa recessit.

Hac comite atq; duce pariter fugere sorores

Justo dolore à me conqueri non poterit: quia nullā
ei injuriam generauī. Vnde si non salutis spem
sed officii . solatiū quæsierit juuabit.
De his te certiorare duxi non q; est me aliquid
causæ accesserit Sed q; eius euentu me ceperit lætitia
& q; ipsius ad te mittam testimoniū. Vale nobilissime

vir & ita animi mei exhibito in qualibet re memor
ac ego me in omnibus tuorum in me beneficiorum & gratum
& deuinctū exhibebo: in quo si aliquid à me requires tuis
commodis non deero quia nulla vitæ pars carebit officio
in hoc enim nulli cedam Nam licet oēs qui te norunt
et mirabilia tui ornamenta experti sunt ita te ament
vt eorū nemo sit qui se studio ab obseruantia tui cedere
cuiquam putet: Ego tamen acurata notatione earum
rerū quæ te amabilem omnibus & mirabilem reddunt singulare
quoddam perpetuæ obseruantiæ animo duco testimoniū
cū nihil ad alliciendas non solū sed deuinciendas hominū
voluntates valeat quod in te omni ex parte perfectum
nom agnoscam Vale iterū & me tibi ex animo esse
iterū persuade
Quoad aliam rem attinet ad quam omnibus votis expe-
tendam strictiori nodo & fortiori duceris vinculo
examen scilicet quo ad curæ animarū bonus & digni
tatem quidam vel albo lapillo vel nigro theta
(vt te vtar) venit insigniendus ~~venebolo~~ beneuolo
& pio aīo causam contemplari necesse erit. faciam
quoad possim, & tui & Angeli tui custodis memor
en

tuus ex aīo
Garsias peretius de Araciel

In collegio
Archiepiscopi
Sti. Jacobi.

Codicillo accepto vel inscriptione ita gaudio licuit frui vt
eius metam attigisse viderer. Nonne litterarū ductus
liberali manu exarati magnam lætitiam incutere
possunt? O me terq; quaterq; beatū dū tibi deuinctū
& te mihi ꝑpensum cogito faciamq; Jovem lapidem
juro meam in te obseruantiā & tuam in me benevolentiā
pro virili testatissimam Vtinam & aliquid boni tibi
conducerent vincula nostra inter se mutuò connexa
tunc enim liberatum tam gravi ære me fore vehementer
gauderem: sed ita adstringi debitorem vt cū meo
Martiali compellar dicere

lib. 9. Ep. 4 ——— conturbabit Atlas
Nam tibi q; solvat non habet arca Jovis

Decoquam certe ni voluntatē in dispunctione numeres:
vel ingenui ne dicam pauperis utar remedio quo
non soluendo imaginaria solutione liberer. Quæris
pharmacū? Cicero vendit docens nos Esse animi grati
ei cui plurimū debeas magis velle debere. multū debeo ad
manū est solutio
Hanc utraq; manu complexuq; astero tuto.
Gratulor ergo mihi, & gratias tibi ago tum propter
beneficia tot tantaq; in me quotidiè certatim cumulata
cū q; intelligent nihil de nra conjunctione imminutū esse
& apud te me plurimū valere. Existet tempus non solū
optatū sed etiam speratū quo florentissimis tuis rebus
mea perspici possit & memoria voluntatis nrae

& amicitiæ certa fides In cujus tesseram manū do
Dextras junge / Quid? quod Justitiæ sacerdotem te
contemplor & ea sic vsū vt ꝯquitati locū dares. Est nescio
quid in magnis viris quadam enim vi ad amicos amore
prosequendos impelluntur & oculis intentis videant quæ
prosunt ad obtinenda optata, aliis verò nubilo invidiæ &
liuoris tecta. Obtinuit Collegiū Nobiliū Çamorensiū
Quid mirū si Collegā nobilissimū purpura splendida insignitū
patroni vere antistitis clarissimæ domus vestigia insequentem
adepti fuere. Gaudeant illi Gaudeat Salmantica. Hæc q̄
meruit ope illius ac opibus vectigalibus ~~demereri~~ nemereri
illi q̄ hujus judiciū in sua causa sincerū pæne cōsequuntur.
Et omnes diuersas sonantes voces vnà dicant Dilectus meus
candidus & rubicundus electus ex millibus. Sed quid longa
& columbi oratione te detineo, non verò mulcedine delinio.
Erumpo & vale. De coetero bono sū animo. & spero
fore vt examen recte eveniat celeste quid id ipsū
comitatur Arrige aures hoc attende & in mentem
revoca virgilianū scitum.

Discite Justitiā moniti & non temnere Divos.

Custos adest Angelus cujus memor, liceat familiariter
jocari, personam regis induo. Duo Angeli custodiunt reges
Vale. iterū ex Musæo nro Kal. Octobr. CIↃ IↃCV

D. Laurentius Ramirez de prad

El Licenciado Franc^co Cascales a Don Diego de Figueroa.

Mi arte Poetica S^r mio esta assentada a la diestra del oluido cometila a vn Cauallero desta ciudad q̃ iua a la corte mas flematico q̃ amigo q̃ como el Rey va de venta en venta y este otro le va siguiendo por sus negocios el mio duerme por aora con ser despacho de vn dia Quando viniere auisare à v. md y si a caso algun librero o impressor desta vniuersidad le quisiere tomar por su cuenta con cien libros q̃ me de para amigos le embiaré la licencia o p̃uilegio Siruase v. md de tratarlo

Ley el discurso Eplico del Sr Don Lorenzo Ramirez de Prado con mucho gusto ya por el q̃ yo tengo de las lr̃as humanas ya por lo q̃ venia lleno de erudicion de buen lenguaje de lugares bien ~~alleg~~ alegados de puntos sutiles de agudas redarguciones y vltimam^te de la ꝓpria y genuina explicaõ del lugar de Plinio Veo en su md vn Lipsio de Flandes vn Scaligero de Francia vn Sanbuco de Alemaña vn Mercurial de Italia y vn Arias Montano nr̃o V. m. me haga de su familia q̃ lo tendre a gran dha.

Explanatio loci Pliniani à D. Laurentio facta ita numeris omnibus est absoluta vt nihil addi nil adimi queat nil ē q̃ desiderem contra plurima ac maxima in illo miror sed ne in hoc lautissimo symposio asymbolus recũbam ad serias illa nugas afferã meas: vtar tñ qui meus est ~~mos~~ mos Laconica brevitate si quis error librariorũ ē q̃ minime reor sic corrigendũ puto Atq̃ etiam morbus ē aliquispiã sapientiam mori voce Aliquispiam vsus Cicero ē pro sestio Atq̃ ille etiam si aliquispiam vi pelleretur ex vrbe facile pateretur &c sed fac verba illa castigaõe ñ egere eo q̃ sint incorrupta Tmesis figurae beneficio elici ead sñia pot. Per sapiam mori i. sapiam ꝑ mori q̃ ē ꝑ oĩo extingui hominis sapiam

Hanc figuram usurpat Horatius Virgil. Cicero cū aliis n̄ raro
Horat. Ep. 1. lib. 1. Quo me cūq; rapit tempestas deferor hospes Idem
lib. 1. Car. Od. 7. albus ut obscura detergit nubila cælo
Sæpe Notus ~~albu~~ albus Notus dixit latenter p̄ Leuconotus
illud vulgarissimū etiam lippis — septem subjecta trioni. Cic. de
Orat. 1. per mihi mirū visū est Scæuola te hoc illi cōcedere. Verum
hæc tanquā nuces pueris relinquo. lubet quoq; mihi locū illū tentare
Non q̄ sperem explanationem D. Laurentii tanti nodi vindicis clarissimi
vincere vel æquare (haud enim Bicthus sū contra Bacchiū) sed spectandi
tn̄ ingenii mei gratia Apud Ethnicos habiti sunt sapientes hodieq; apud
nostrates habentur qui se non solū vitiis sequestrant sed a se omne
genus delitiarū arcent ita ut vitā non vitalē sed morti simillimam
traducant hoc est illud ex Hymnide

Mihi sex menses sunt vitæ septimū orco sponde

Hac sapientia instructi quā plurimi tyrannorū tormenta minas crucē
multiplexq; lethū contempsere Quib. tanquā hominibus humanæ
vitæ fructu hoc ē voluptate priuatis insultat Horatius Martialis
& alii Horat. Quid sit futurū cras fuge quærere &c
Quem sors diurū cūq; ~~dapit~~ dabit lucro
appone nec dulces amores
sperne puer neq; tu choreas

Martial. sera nimis vita est crastina viue hodie
His meo iudicio adstipulatur Plinius hic cū accuset eos qui per
sapientiam sese ab omnibus huiusce vitæ blandimentis alienant
ne vitam oī gn̄e mortis acerbiorē agunt Lo q̄ en Castellano
dezimos estan muertos al mundo y a los deleytes desta vida & Galli ilz sont mors au
monde ~~y a los deleytes~~ ilz ont perdu la joye de ce monde
Itaq; morbo n̄ minimo laborare docet Plinius eos qui perinde
ac si morerentur viuunt ex sapientū institutione. At quoniam
mea explicatio hæc videri potest aliquando ethicoteros eoq;
in his quos dixi sapientes magis opinione quā re morbū

inhaerere ipse à judicando supersedebo duosq humanitatis
Herculeos proceres sup hoc Pliniano loco pducā
Mercurialē ac Dalecampiū Mercur. lib. 6. var. lect. 20 cap.
Insaniae mentio mihi ad memoriā reuocat Plinii locū non
admodū intellectu facilem iis qui medici non sunt nā
lib. 7. c. 50 scribit, esse aliquem morbū per sapiam mori
Quod an ludens ut saepe solet an seriò dixerit interdū
dubitaui cū phrenesis de qua locutū cū puto minime sapia
sd potius desipientia ac insania morte afferat dictā vero
sic docuerit Plato in Timaeo quod à septo transuerso noīe
phrenon antiquitus vocato originē ducere docuerint veteres
ac iccirco eo affecto ubi mentis sedē ponebant sapiam tolli
porrò de phrenesi verba facere Pliniū satis clare indicant subse
quentis Cap. initio adscripta verba ubi sapiae aegritudinis signa
referens fimbriarū curā & stragulae vestis plicaturas
quae oīa Medici phrenitidis signa faciunt praecipue
commemorat Dalecampius sic Sapiae morbū appellat
Plin. non in quo aegri sapiunt & mente constant, sd in quo
laeditur & offenditur eorū sapia in quo desipiunt phrenitin
Sed de his hactenus Nro Sor a vmd gde muchos años
de Murcia 7 Septbre 14 1605.

Iamdiu in animo habui te (amantissime Casaubone)
litteris interpellare cum & humanitatem tuam in bonarū
litterarum amatores cognoverim satis tum quod rationes
vitæ meæ ad te proficisci aliter non patiantur Sed diu
etiam hac cupiditate ardenti commotus collegi ipse me &
dignitati tuæ potius quā desiderio meo decrevi satisfacere
Fregit hoc meū consiliū nobilis vir Johannes Bodecker
qui tuæ comitatis mihi fuit locupletissimus testis. Iam
ergo ab eodem via munita aggredior iter ad tuam
amicitiam amplectendam & desidero vehementer
ut vincula arctiora mutuò nos adstringant. Stipulor
conceptissimis verbis O ~~uti~~ utinam & spondeas! Ego
verò pro virili faciam vt ad quæcūqꝫ volueris ita
sim præsto vt tua caussa omnia non solū debere me
quæ possem, sed ea quæ non possem putem. Cogunt
me muti procuratores tui opera dico quæ
θαυμαθουργῶς de te loquuntur. Summo ~~indu~~
studio atq ~~in opo~~ industria quæsivi ea omnia &
collegi Nunc Persium & Pliniū 2. a te illustratū
video & admiror Nonne obscuritatis nebulâ rejectâ
micat Satyrographus radiis ardentissimi Solis illustratus
Nos vero parva decent
— arbusta juuant humilesq myricæ
En tibi mitto Apologiam in eruditissimi viri γράμματα
quam si Theta nigro jugulaveris gloriæ erit
Æneæ magni dextra cadam. — Sin
minus & albo lapillo numeraveris fundā genio merum
nec desinam litare Tibi ô decus Musarū. Vale

I. Lipsio

Anxius fui & in magnas angustias animi
adductus dum prasagiebam valetudine te affici
quum binis meis litteris non viderem respon
succurrit tanquam Deus e machina Epistola
Balthazari de Zuniga Legati apud Gallos
mihi missa qua me certiorem faciebat & te
prospera valetudine rem frui & cum invisurū
fore. Utrumq; latum. hoc unū scito me imprimis
desiderare ut omnia tibi fauste & feliciter eveniant
Nescio quid impulit me & veluti quadam vi cogit
ad te obsequio prosequendū Sed quid dico imme
scio Si animi dotes aspicio suspicio, si
mansuetudinem morum Heu quo tendo. te dec
silentium ne subrustico rubeam pudore. Ergo
literas hasce mitto: facultas mihi est & Nobilis &
amici juvenis Johannis Bodecker cuius inge:
nitam nobilitatem & orbis perlustrandi cupiditatē
nunquam satis laudasse me existimavero.
Decrevi etiam mittere Apologiam hanc in
virū doctū qui nisi me lacessisset haud quaquā
ego erumpserem Calculo Martini Delrii probatā
O utinam & tuo! Dele transverso calamo

~~si tuũ~~ signũ allinito Victor abibo cadens

Æneæ magni dextra De Martino Delrio

quid dicam? Triste nobis vale dixit. Vallisoleti

commoratur Et aures quibus assuevcram quæro

Et videor mihi iam alieno foro litigare Quas

non vt destituti sed vt veri æstimatores desideramus

Expecto reliquias Martialis matte obtecmo & Vale.

Postquam e Salamantica discessisti in Ciuitatem Gamorensem me contuli vbi per aliquot dies fui commoratus voluntatis nec voluptatis causa. vtraqz abfuit Nunc verò nil antiquius duxi quã Te & lrĩs salutare & desideriũ Tuũ aliquantulum lenire Vt enim amici apud Romanos suos amicorũ imagines absentiũ in solatiũ vel digitis annulis sculptas graphicè ferebant, vel in cubiculo depictas custodiebant. Sic ego imitatus amicorũ paria non gemma preciosa sed corde non tabella sed animo imaginem tuã veneror & suspicio Ita ut quoties ad te scribam non Epistolam sed codicillũ mittere sim ratus. Amicitiam & studiũ meũ apud Te testatũ facere nõ duco Duco tñ à te petere ne dicã vi exigere ut litterarũ tuarũ exortẽ me ne faci Ego verò pro virili conabor ut silentio quasi interruptam familiaritatem & crebritate officiorũ & calore sarciam De salute & vtrũ melius quam hîc te habeas fac me certiorem Vale Sal. ~~xiij~~ xv Kal Nouembr

CIↃ DCV D. Laur. [illegible]

Mirum est quàm amica tua scriptio exhilararit munus à tua liberalitate profectum excitarit illa vt redamem & redhostiam hoc vt mirer præclaras ingenii tui dotes nobilitate conjunctas fulgore suo literaria hæc spatia mirabiliter illustrare : Vtinã tui similes audeo dicere imitatores invenias in hoc æuo! id amori meo igniculos addidit, mihi crede, tui compellandi. quem ego ex fama communi rarò fallaci arbitra primũ te noveram, sed verebar tenuitatis meæ cõscius velut pannosulus quispiam mendicus corã apparere sed O bene sit Martino Del Rio! hoc quoque nomine magis meo qui viam scriptioni ad te aperuit iam diu inter animo huic caros. ille enim sic de me meritus est vt amandos oẽs putem quos insigniter amat ipse. quamvis in te nil opus conciliatore aut interprete amoris. nam ea doctrina tua est vt cetera mittã ornamenta tua ut ament te oẽs qui literas amant Ego istas amo equidẽ cũ affectu. vtinã ne nimio! vereor enim vitæ meæ rationi obsint potius quam prosint. quæ vellicatim & saltuatim tantũ tangendæ pro temporis angustia (qua vix credas quantum premor) his namq;

Iam satis indultũ studiis: Musæq; tot annos
Eripuere mihi.

quamuis non plus annis triginta natus sũ.

Nunc Sionides illæ sacræ colendæ, connubio jũgẽdæ stabili ꝓpriæq; dicãdæ dicandæ hæ vt dominæ quæ dominentur, illæ vt pedisequæ quæ subsequantur & famulentur si istæ nimis technis suis & lenociniis blandiantur & mulceant : non aliter atq; in obsonio quodam manducando (vere & bene ille) modeste eo q delectat vtendũ : nõ minus sequens

q ~~natura~~ salutare est & cōmodū adeo vt in eo q oblectat assuescat id demū quærere q ē vtile Vidi tuū Sintagma de loci Pliniani explanatione. placuit sane. nil certius umquā (non blandior) cortina Phoebi protulit, videram antea Epistolā P. Pinedæ quam ad me amantissimè his ipsis diebus miserat: quæ mihi, cur dissimulem? magis acumine ingenii quā judicii pondere se probavit. Videre optarem Epistoliū tuū primū, tū illius Hispalensis Medici. in quo vereor plura sint (verbis vtor Auson) fucatius concinnata quā verius: & plus coloris quā succi habētia venustula quæ sint magis quam forticula instar virginū

— quas matres student
Demissis humeris ōe, vincto pectore vt graciles sie

Sed litē hāc dirimendā relinquerē Lipsio: cui alii melius in hoc æuo? qui ex oī bonarū artiū ingenio collecta perfectio est & tanquā

Præsul creatus litteris
Enucleabit ꝓtinus
Quod militantes scribitis.

Scis iudiciū suū & Censurā liberiorem cūctis aliis: nec aditus ad illū per blandicella verba etsi ille obuius & expositus plenusq humanitate. instar tñ siluulæ illius Claudiani

— quo nō admittitur ales
Ni ꝓbet ante suos Diua sub judice cātus
Quæ placuit fruitur ramis: quæ victa recedit

Audio totū te in Martiali excudendo. Vtinam non in toto! O absit talis nævus ~~in~~ in splendido hoc panno. nā

Quamuis & patrio jam dudū nomine clarus
posses ornatus posses oneratus haberi

multa in illo foeda putida, obscæna, Romana nimis: quæ si evolveris, tetrum odorem exhalare necesse erit.

Nonne oēs in sua cuiusque quique domo curant
— ne stercore foeda canino

Atria displiceant oculis venientis amici
Ne perfusa luto sit porticus!

Tu non cavebis, ne quid indignū auribus, turpe oculis lasciuū menti repñtetur in tuo libro! Vereor plus moribus noceat quā ingeniis prosit elegantia ad mixta turpitudinj Scis ob hoc Archilochi maximi poetæ libros à Lacedæmoniis exportari jussos! Sunt tñ quos nuda illa nequitia nō offendat: nec magis labem animo vel moribus relinquat quā olim in flumine vestigiū cymba: immo delectentur tantū jocis, vrbanitatibus capiantur: fateor inveniri plures nō tñ inficiaberis ex suillo illo grege majorem copiā qui ~~in~~ improbo animo enutriti — veneri veneriæqz antistiti

More antiquo in custodiā suū cōmiserunt caput

His ꝓpinabis amatoriū istud poculū. ah Caue caue! hauriūt venenū si non prævideas. Providebis, si dilectū Epigrāmatum ejus facias. Optavit Lipsius. suasit. præstiterūt viri docti religiosi e societate Jesv. hos ut sequaris moneo, hortor. Si hæc dicta liberè nimis tibi visa Ignosce. Subito enim calore effudit pectus vere amicū. Tu melius noveris quæ omittenda vel retinenda erunt. Perge igitur cū Musis faventibus semel coeptū opus, ex veteri tamen scito

gnaviter
nave agere oportet ꝙ agas ñ ductariè.

quando magna & longa expectatio est, quā frustrari adhuc & differre nō debes in hoc præcipue ævo & in nr̄a Hispania in qua nimis notū quātū doctrina humanior

vt antiqui loquebantur, delinquat. Quod petis vt te
in meorū numerū annumerem! feci iam diudū
facio nunc libens: qr amari me sentio à te:
deinde qr amoenū ingeniū tuū & facti ad
humanitatē mores merentur vt ameris ab his
qui hac in te noverint. Audeo ergo asseverare
Ita me vadatum amore vinctūqs attines
— non ita amo vt sani solent
homines sed eodem pacto qr vt insani solent
Mea dicta ex factis nosce. rem vide
& — hunc arrhabonē amoris primū à me accipe.
Scilicet responsū nuperredditū & ēditū à fratre
meo in causa nrā Ecclesiae B. Mariae de pilari
vbi ego Capellanus regius sū super potiore sede
tenenda in Comitiis gnalibus post Metropolitanā
ante Cathedrales: quae nunc lata fuit suffragio
omnium Judicū Justiciae Aragonū pro nra Ecclia
facio judicii tui quicquid senseris: libere (id sēper
ab amicis exigo) profer, indica, indica. Amo admonere
te quoq valere publico litterarū bono mei voti est
& semper me amaturū amare, amat & Lupercius
Leonardus & multis verbis te salutat, hisq; officiosissime
Vale. Caesaraugustanae Nonis Novembris (1) IↃCV
Bartholomaeus
Morlanius.

D. I.

Humanitati tuæ summæ erga omnes bonarū litterarū amatores fidebam satis: Nunc verò ita eadem me prosequeris ut vel non sim solvendo vel pauperum ingenua solutione utens cui plurimū debeo de' magis debere exoptem. E' languore quodam quo his diebus sū afflictatus, tuæ litteræ pretiosiora lapillis emblemata recrearunt animum, & demulserunt. Soteria mistis & sine spe remunerationis quæ quum absit liberalitas adsit; aliter namque dona, non munera, sed esas hamatas voco. Gratulor mihi, quod tali amico sim amicitiâ conjunctus: & gratias tibi ago qui tot tantis vinculis adstringis, quæ (Jovem, lapidem, juro) nunquā fore dissolvendā. Nonne sincerū pectus inveni & siccis capillis veritatem (hoc ævo rusticātem) in urbe, te inducēte qui ipse blanditiam attritis labellis urbanam in exiliū amandāsti? Video monita quæ à te profecta veneror & suspicio. Nunc illustratus noster Martialis lucē accipiet vero lumine præeunte, id est Te. Sed nec ipsemet totus nec in toto Martialis sum, Jam ultimam manū imposui sex libris & unico Amphitheatri quod subsecivis horis elaboratum: & licet omnia Epigrammata typis mandem ne castrem libellos, quod Poeta præsagiebat dum inquit, Nec castrare velis meos libellos:

tamen quia totum non edam, non sum in toto.
Hoc tantum scito me nec obscænis immorari,
nec ab iisdem contaminari, ob oculos semper haben

κακοῖς ὁμιλῶν καὶ αὐτὸς ἐκβήσῃ κάκος.

præsertim cū mihi nō videatur obscænus. Omnia
enim eo fine scribit vt nos risu & subsannatione à
vitiis & rusticitate morū deterreat, & quæ Stoicorū
Princeps Seneca magna scientiarū pompa docet
hic facetiis nobis gratissimis exhibet, Horatii
iudicio omnibus præferendus,

Omne tulit pūctū qui miscuit utile dulci.

Scopus item cui omnia dirigo est Iurisconsultos
illustrare, varios auctores interpretari ac corrigere
si studia in umbra educata non fuerint in umbra
semper: statim ac tacta sole, tibi erunt; lubens
submittam; Vtinam eundem calculū demereantur
quo insignitū gaudet syntagma nostrum
coronaq; semper redimita exero lætus cultus
a culta manu. Schediasma mitto meum. At Medici
Hispalensis apud me non habeo. Sed heus quod caput
est in fine appono, Sed heu quod caput esse debuerat in fine pono. Antidorū accepi cū usuris. Legam
perlegam ac si censura homini imperito est iudiciū

promam & sine adulationis fuco personatum
Vera dicito de me (ut ille ait) & vera dico. De cetero
vicissim obsecro atqz obtestor ne sis artibus ingenuis
transfuga vel

—— quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

& Musæ non eripiunt annos, sed addunt. Exemplo
est Tuus O utinam & Noster Lupercius Leonardus
cujus multa pars (ita voveo) vitabit Libitinam. & sibi
superstes erit. Amo, ita me Dii ament, hominis
ingenium, (Ingenio terra superba suo est)
eruditionem, & tam florida quam maximi ponderis
verba. Sua poemata magni facio, & in adytis Sacræ
Minervæ asservo. redolent antiquitatem & in Satyris
veterem agnosco παῤῥησίαν. Salutem plurimam
dico & me addico cui fama jamdiu. Si forte
aliquot poematiũ vel aliquot Epigrammata Hispano
sermone recens conscripserit, ut mittas peto & appeto
vel talionis ad legem soluturus; Nos etiam Musas
colimus hilariores: Vale, & me ama.

Martinus Delrio . D.no Laur. Ramirez del Prado
S. D. P.

Quod illis prioribus tuis nō responderim causa fuit q̄
opinarer amicitiā nostrā adultiorē esse quā ut lacte lrarū
velut infantula indigeret Cū vere amicis hūc morē servo
ut nō nisi de necessariis scribā. Scis quā tp̄is parcus sim
nec valetudo patitur inanē scriptionē Cur ergo nūc
additamento rescribo qui integræ politæ amicæ ep̄lā
nō respondi? Ut hoc ipsū rescriberē q̄ nūc scribo Nā
aliud q̄ scribā n̄ habeo nisi si me Milanii lr̄as recepisse
Et has reponere, ille sui similis immodicè me laudat
hoc mihi in lr̄is ejus molestū fuit & peto abstineat
affectus mihi hac in re qui Junio Gallioni, molestior
mihi palpo quā carptor. Fonsecā tibi adjūctū gratu-
lor Est virtutū est bonarū literarū iuvenis cujus
ingeniū magna spondet Vale Vallisoletī prid
B. Thomæ CIↃ IↃ CV.

Epistola Cath.co Hispaniarum Regi PHILIPPO III
a Card.le Baronio scripta Idib. Junij 1605

Sacra Regia Cath.ca Ma.tas

Non ante creationem novi Pontificis eiusdemq ætate florentissimi semper ego laboribus fractus, viribus debilitatus etiã sepulchro propinquus ad Cath.cã Ma.tẽ vrãm mihi in animũ induxi forescribendum ne viderer dicam libere Pontificia Sede cessante eiusmodi internũtio literarum auram voluisse captare Regiam & ita sternere mihi viam ad gradus sublimioris conscentionem Sed procul absit vt me Regũ favor & non potius Regis Regũ Christi gratia in thronũ ꝓuehat altiorẽ Domini est Assumtio nr̃a & Sancti Israel Regis Nr̃i. A quo tantũ expeto (ipse scit) Sedem illã in Coelo perennem quam ꝓmisit sequentibus se discipulis suis. Adeo vt hac ex parte compendii loco duxerim sentire de illa dispendiũ ad quam excludendam et esse ego ipse debeam adiumento ne hujus sentiam detrimentum & grãs agere & bene precari magis q iis qui obsistũt quam qui favent. Cessantibus igr̃ his jam ad aures Regis Catt.ci veritatis amantissimi atq Justitiæ observantissimi liberior accessus pateat emeritæ militiæ Ecclesiæ Sacerdoti causam agenti suam & Romanæ simul Ecclesiæ. Ingens concitatus est in me rumor Catt.ce Rex literisq conclamatum ad Apostolicam Sedem a Proregibus Vtriusq Regni Neapolitani & Siciliæ q contra Monarchiam Siculam tractationem scripserim ediderimq eam vnà cũ XI Annaliũ tomo suo loco servato ordine tpor̃ collocatam. Justa esse potuisset ista querela si ad labefactandũ perdendum demoliendumq Regnũ utrumq & non potius ad firmandũ q caderet, fulciendũ q rueret

stabiliendum quod nutaret ac consolidandū q̄ nō consisten
tenta omnia ista esse ꝓbare potuissent

Sed ꝓdamus necesse est magnū consiliū Sapientissimi
Architecti CLEMENTIS scilicet Sanctæ memoriæ Papæ VII
ista curantis qui ꝓbe sciens expertus & ipse frequenter
aditatum a prædecessoribus sive litteris per Nuntios
sive certis Legationibus cū Regibus Hispaniarū ut male
institutā contra Eccl^ca Jura Siciliæ Monarchiam ē
medio tollerent quā scirent nullo pacto posse subsistere
frustra cessisse omnes conatus ipsorū prætextibus diversis
elusos oblatam libens volensq̄ occaōem arripuit Cum
enim scisset eodem XI° Annalium tomo tractari debere
certa habita temporū ratione res gestas Vrbani
Papæ II^i qui male asseritur ~~factor~~ Auctor ejusdem
Siculæ Monarchiæ Pontificia mox ipse nos interpellavit
authoritate seriò valde admonens ne cursim rem
tantam attingerem potius quā discuterem & de ipsa
ꝓlixius disputarem sed ut ꝓpensiori studio in
opus incumberem antiquiora quæq̄ verterem
monumenta scrutarer Bibliothecæ Vaticanæ angulos
singulos ejusdem latebras penetrarem & in accessa
munitionis S. Angeli penetralia archiuorū securus
adirem, Patere mihi cuncta præcipiens quæ ubiq̄
locorū essent vetera sedis Apostolicæ custodita scriniis

documenta Hoc unū intendens ut ipsa si qua essent (quae nulla reuera essent) fundamenta siculae Monarchiae eadem refossa exponerentur oculis intuentiū ne q̄ esse posset amplius negandi subterfugiū si eruderatis aggeribus egesta terra quid inesset in fundamentis, iam pateret aspectus Non quidem ut male erectā tantā molem sponte sua corruentem everteret sed potius ut paterno affectu aliquo remedio excogitato fulciret ac firmaret, ut absq̄ scandalo tibi ipsi Cath.co Regi digno titulo tanto nomine integram conservaret Quomodo autem hoc ipsū fieret per recentem qui in Hispanias a S.D.N ~~paf~~ paulo papa .V. Nuntius mittitur (uti accepimus) nota erūt Fuit enim id S.mi papae CLEMENTIS consiliū tanto pontifice dignū is conatus ejus sapientū ore laudandus. Quo verò ad demandatū ab ipso nobis pertinet institutū p viribus laboravimus CHRISTO praeuio comite veritate licet ipsa operosa editio tomi illius haud me penitus liberum fecerit ut totus in unū addictus ad alia non diverterem divisus in multa. ~~fecerim~~ fuerim ne autem q̄ petierat idem Pontifex, assecutus perspicacissimo ejus judicio definiendū putavi. Accepit legit ac perlegit iterū cum expectans ego pns sn̄iae ipsius elogium eximio pectore alta suspiria ducens in ista dolens erupit. Nunquam putassem (inquiens) adeò vanis inniti Monarchiam hanc fundamentis! Ad

pleniorem autem ejusdem Scriptionis cognitionem
eandem ipsam tribus selectis Sanctæ Rom. Ecclia
Cardinalibus disquirendi tribuit facultatem. Quem
accurate discussam comprobatam pariter atq laudatam it
ad lapidem Lydium admotam sæpius inventamq
sinceram atq dignam quæ typis excusa traderetur
in lucem jussit imprimi impressamq iterum a se
lectam probatam iterum edi voluit unà cum XI tomo
cui erat intexta Hactenus quæ ipso viuente sunt
gesta Vbi autem paucos post menses abedit^ne
ejusdem Annalium Tomi idem S^mus Papa ex
hac vita subductus Sancto fine quievit
in me ipsum tanto patrocinio destitutum sunt
omnia tela conversa, increbuit impetus detra-
hentium irruit acerbitas persequentium veluti jurato
quodam implacabili bello sed in his adversis inde
mihi ingens parta fiducia Atq est aucta
securitas q jussu Petri comprobata a Petro
ex ipsa sede Petri scripta ista nra prodierint
absq dubio in secula permansura Quicunq
enim super petram ædificauerit domum suam
verbo Dni pollicente stabit ejus ædificium
sempiternum. Sto supra petram ob idq securus
& imperterritus. Sto supra petram quæ nulla unq

cujusuis est ꝑsecutione contracta contringens ipsa
semꝑ eos qui in eam incautè nimis offenderint &
conterens ~~eos~~ illos suꝑ quos ipsa ceciderit Videant
modo his adversantes ne in ipsam impingant
neve ab ipsa ex alto ruente petra penitus
conterantur intelligant serò saltem laici hoīes
quanto periculo comꝑbata à sede Ap.ca scripta
condemnent atq ꝑscribant Noscant quanto pariter
indecore non sine offensa Cath.cæ veritatis
laica manus clavem scientiæ quæ solius est
Petri Cath.ca ꝑfitetur Eccl.a arripuerit ut judicet
atq damnet scripta jussu imperata & calculo
comprobata Rom. Pontificis cujus est authoritatis
solius judicare ꝑbare vel condemnare cujusuis
scripta præsertim Eccl.ca At licet ex humanis
subductus sit CLEMENS tn̄ sicut authoritas ita
idem spiritus atq volūtas ꝑpagata intelligitur
in successores modo vigens in Paulo cujus sicut
creatio extitit admiranda ita administratio Dei
arbitrio ad ꝑfectos ~~me~~ numeros composita sit
metuenda ut nullo pacto passurus sit labefactari
~~leges~~ leges sacras, convelli Ecc.cā immunitatem
aut præter fas jusq præsumi vel abripi ab aliquo
quidpiam vindex ipse acerrimus Ecclia Jurium.

Demū vero anteq̄ finem scribendi faciā ut
observantiam meā erga Regiam M^tē vr̄am
Xpentissimam amplissimis notis significem hac
adjiciam Quod cū natus sim ipsi subditus tributū
eidem quotidie ꝑsolvendū indixi mihi sinceræ
fidelitatis Charitatis de corde puro, conscientia
bona & fide non ficta atq̄ precū pro salute
sua ad Deū Quod verò auctus sim post
modū licet immeritus sicut invitus dignitate
Cardinalatus nequaquā his me volui exemtū
obsequiis & liberū ab officiis Sed aucto foenore
Censum addidi debitum principibus à sacer
dotibus Veritatē nimirū cū tempus & occasio
postulat libere annuntiandi quo munere
Reges cum magis consueverint indigere
debeant avidius expectare, oblatam verò
accipere gratius, retinere tenacius, atq̄
custodire diligentius. Quis contemnat audire
monentes Sacerdotes Eius præsertim cardinis
in quo unitate Ecclesiæ Capitis universus
voluitur & regitur Catt^cus Orbis? Cujus
quidem Capitis ꝑ necessitate rerū interdū
auriū interdū oculorū interdū oris officio fūgi

ut sicut modo accidit cū jussu CLEMENTIS (ut saepe dictū est scriptis illa mandavi quae licet in malam partem accepta fuerint ab ejus ministris de Maj^te vr̄a absit mihi aliud sentire quam sicuti est de Rege Cath^co Cath^cae Ecclesiae defensore fidei Kp̄ianę ꝓpagatore atq; ꝓpugnatore amatore veritatis Legum Custode Justitiaeq; Cultore sentiendum est. Quem rogo Deū & rogabo semper dum vixero Custodiat nobis ipsū diu multūq; regnantem felicissime Valeat semper Deo placens hominibusq; perficiens Cath^ca Ma^tas vr̄a

Datę in Tusculano Idib. Junij 1605

Cath^cae Maj^tatis vr̄ae.

Asconij Card^lis Columnæ eorum

Quæ Cæsar Card^lis Baronius de Siciliæ Monarchia scripsit Judiciū.

Obtulisti mihi ex Hispania redeunti undecimū ac postremū typis impressū historiarum tuarum tomum pluribus rogasti precibus ut quæ de Siciliæ Monarchia scripseras excurrerem attentius & quæ mea de illis esset sn̄ia libere declararem. Statim ut id aggrederer cupidus hinc me meus tibi gratifficadi animus impellebat, hinc verò ut ab incoepto desisterē suadebat imbecilla totius corporis præcipue oculorum valetudo defatigatio immenso itinere parta domesticarū & externarum occupationū innumera multitudo Noctu vero quo tp̄e divinis curis vacuus aliquid præstare possē cruriū ac brachiorum dolor nocturna fluxione ortus sic me torquet ut omnē plane mihi & legendi usū adimat & dictandi. Accessit Marci Antonii Colūnensis familiæ principis pronepotis mei diuturnus ac pæne mortalis morbus quo illi gravior & periculosior eo mihi molestior & ad ferendū durior Verū ad hæc studia dictante natura prima ab infantia conformatus cū nō committam ut hmōi officia desiderare à me quisquā possit sic velim existimes meam in hoc genere operam nec tibi defuisse

nec unquā esse in re qualibꝫ defuturum
Quod enim in ipsa juuentute Carolo Sigonio, Marco
Antº Mureto Jacobo Cujacio adulta ætate Francisco
Bencio Justo Lipsio Ariæ Montano & Aloysio Legionen.
ac demū Augustino Valerio & Gabrieli Palæoto amplissimis
Cardinalibus petentibus impertivi Curtibi roganti
denegem & eruditione dicendiq laude illis quā simillimo
& virtute præclaro & mihi eorūdem studiorū usu atq
eiusd. dignitatis splendore conjunctissº. Itaq dicā quid
sentiam ingenuè & mea consuetudine libenter & sin-
gulari in te mea observantia certissime sperans fore
ut quicquid dixerim cū id aco ab amore in te meo ꝓficiscatr
& tua Xpiana prudentia & gratū tibi & ratū putes
Materiam quidem cepisti rei Xpianæ perutilem
nobilem & præclarā: sed ut ea pretiosior & jucūdior sit
ingenij eruditione eloquentiæ tuæ ꝑstantia consequeris
In ceteris historiarū partibus immensis ac plane
infinitis tui nūqꝫ nō similis eruditus gravis & eloquens
In hac vero tantus es ut in illis certare cū aliis
antiquitatis scriptoribus in hac Teipsū vincere voluisse
videaris. Quodcūqꝫ multoꝝ annoꝝ spatio tot ab hinc
seculis gestū est gestū dico? qcūq à quovis ꝑuato
hoīe scriptū cogitatū dictū tui beneficio in nrām
memoriam revocatur Idqꝫ abs te miro suo quidq
ordine comprehenso & tanqꝫ in conspectu nrō positū
agnoscimus. Utinam q te erudito quidem & nimis acri
stylo ut hęc scriberes impulerat, sive id fuerit
tua in Ecclesiæ bonū Charitas sive suprema id tibi
imperantis potestas Sive spectatissimus Tuæ dignitati

gradus urbanius oīa dicere suasisset & quae multi nunc imprbant volentes nolentesq sibi pbata suspicerent. Magni sane refert quo quidq modo dicatur & fiat & ad oēs res non parvum habere momentum solet ratio quaedam & methodus ut enim in pictura certo modo lineamenta oris expressa declarant, iisdemq alia ratione depictis non item qui spectant tenentur oculi Et ut in Musica dū suo quaeqz modo vox flexa suaviter exprimitur Jucūda audientiū aures armonia complentur Eaedem graviter offenduntur si modus ille aut contentione vocis aut alteratione mutetur: & motus corporis incompositus irridetur qui moderaōe sibi debita temperatus omniū in se ora oculosqz convertit Demū ut ingeniū nō quia ipsius motꝰ ad excogitandū acuti uberes ad explicandū ad memoriam firmi magnū propterea arguitur. Sed suavi quadam & modesta eoꝝ quae invenerint explicatione & ipsius magnitudo ostenditur & sn̄ia declaratur. Sic ea quae dicimus mirū est quantū dicendi modo commendentur ut interdū plus in modo quam in ipsa re dicta positum esse videatur. Eoq magis cavendū est cum duae occurrūt opiniones

sibi invicē aduersantes quarum unaquaeq; suis rationibus se
tueatur gravissimorum hominū consensu probata tporis diutur-
nitate recepta ac demū tot sūmorum Pontificū permissu
regia potestate vallata. Tunc enim qui unam probarit
alteri omni verborū asperitate deposita veris argum^tis &
rationibus obsistat. Ita nec irritantur adversarii Quinimo
accidit interdū ut comitate disserentis à suae mentis opinione
demoti q illis proponitur tanq; verisimiliùs amplectentur
Namq; quemadmodū equi adversus frenū
contumaces interdū sessore habenas remittente cōsistunt
Sic quos orāois asperitas frangere nō potest Saepe clemētia
inflectit & qui terrore & severitate domari nequeunt
indulgentia mitescūt & facilitate. Hinc Sanctis^mi pres
cū haereticis congressuri id unū propositū habebant
ut quae illi sūma petulantia ac procacitate verborum
disserebant omni ipsi modestia atq; irae remissione im-
probantes Kpianae fidei veritatē tuerentur nosq; ut idem
agamus et atq; etiam hortantur. Gregorius quidem
Nazianzenus Christianos asserit nec nimis fervidos
nec nimis segnes esse debere hac enim inquit raōe
fiet ut nec ob defectum steriles & infrugiferi simus
nec ob excessū periclitemur. Atque namq; inutiles sūt
iners ac supina segnities & imperitus fervor illa
ad bonū minime accedens hic autem ulteri^9 cadens
ix mor. c. 32 At Basilius servum Dni (inquit) nō oportet
litigare sed mansuetū esse erga oēs, aptum

ad docendū cū modestia corrispientem eos qui
resistunt Qui Hilarius - ~~quid~~ Egregie docet
quanam ex illo modo oriantur cōmoda vel incōmo
Non est ambigūd inquit omnem humani elogii
sermonem contradictioni obnoxiū semp fuisse qr
dissentientibus voluntatum motibus dissentiens
quoq; fit sensus animoq;. Quod si qua in re
servandū est in iis praecipuè sermonibus qui
maximos in Reges instituūtur innumerabiles n.
illis copia suppetit eos qui ad illos tuendos exquisi-
tissimis rationibus excitentur. Sed quid Sanctos
commemoro ipsi ptani auctores quibus nondū
ullus xpiana veritatis splendor illuxerat.

hanc modestiam in omni sermone servandam
esse praecipiunt Audi Tullū Sed quoniam inquit
in omni vita rectissime praecipitur ut perturbationes
fugiamus id est motus animi nimios rāi nō obtem-
perantes sic ejusmodi motibus sermo debet vacare
ne aut ira existat aut cupiditas aliqua aut pigritia
aut ignavia aut quid tale appareat maximeq;
curandum est ut eos quibus cū sermonem cōferemus
& vereri & diligere videamur. Pressius & clarius
alibi Omnis igitur inquit hac in re Sabenda rāo
& diligentia est Primū ut monitio acerbitate
deinde ut objurgaō contumelia careat. De Oraō

lib. 1. off.

verò in jaciendo ridiculo ait parcendū esse dignitatibus
quod si in ridiculo quid in regravi? Tacitus verò
l. 2. in Agr. Agricolam cū multis tum hoc uno maximū virū praedicat
qui esset cultu modicus, sermone facilis. Idq alibi à
quovis sūmo viro expetit: sit, inquit, comis sermo.
Mitto Salustium qui malā opinionē mortalem mentibus
insidentem radicitus evelli docendo magis inquit quā
jubendo, monendo quā minando. Nam quid de Senecā dicā?
quo magis severa orāo eò minus Oratori fidem haberi
fatetur & in dicendo & quavis in re: amittit inquit
assiduitate severitas auctoritatem. Demū aliis omissis
in Catil. unam ejusdem Salustii sniam & eram. In maxima
inquit dignitate minima licentia neq studere neq
odisse sed minime irasci decet qui apud alios zelus
seu ira cūdia dicitur in imperio superbia appellatur
quod si cuiquam observandū est nobis certe in hac
maxima & Eccā dignitate summa proxima cōstitutis
Non me fugit interdū Sanctos Patres cū de re fidei
ageretur in Hereticos acerrime nullius habita rāe
disseruisse quos & recte fecisse & ita facere decuisse
fatemur omnes. At sic nec de re fidei agitur nec
bono Ecclesiae usurpato sed ex gravissimo hominū
opinione permisso. In Regem verò disseritur à
majoribus sanctissimis & quàmaxime Catholicis ortū
religiosissimè educatū summa in Deū pietate, singulari

morum probitate egregia animi moderatione prędit
Obedientia verò & in hanc Sanc. Rom. Sedem observāt
tanta quanta in priuato homine in Religioso viro
nedum in Principe potentissimo posset optari
Sed dues quænam sunt ista quæ me nimis acriter dixisse
putas? P° quidem pag. 680

Sub vocabulo, inquis, Monarchiæ præt
Monarcham unum quoad unū caput visibile in
Eccl^a est cognitū aliud in Monarchia Siciliæ abort
p monstro & ostento, caput Ecc^æ.
dura nimis & acerba videntur vt cujus in una potent
& maxima in Deū pietate Ecc^a universa innixa
tutò conquiescit is tandem Ecc^æ monstrū dicatur
& ostentum. Nec horū dissimilia quæ non
multò post sequuntur Quod nec à tyrannis
ipsis Eccl^æ Romanæ perduellibus nec ipsis Rom.
Eccl^æ persecutoribus Monarchiæ nomen usurpatū
Quò fit ut Rex Hispaniæ tyrannis & Eccl^æ
hostibus deterior sit qui unus eo regnorū suos
nervos & sensus oēs suos cogitationesq cōuerti
ut barbaros oēs xp̄iani nominis hostes opprimeret
Coeteros verò xp̄ianos Reges suo in officio
contineret Pag. verò 682 Absit
absit longe ut Monarchiæ illius urbanus
dicatur erector in contumeliam Dei & oppro

brium sedis Apostolicæ Nec qui Monarchiam
hanc Apost^ca sedis subordinatam tuentur, nec
quid de illa scripsere Deum aut Ap^ca sedem aliqua
vel levissima contumelia afficere voluisse putē.
At Rex Hispaniæ qui nunc ea potitur & fruitur
tantùm abest ut id aliquando cogitaret ut ōia sua
regna ruere mallet quam aliqua aut Deo aut huic
Sacrosanctæ sedi ipso annuente inferretur injuriæ
nota /Mitto illa pag. 683
Ista sunt quæ audax ad sacrilegium
promta abstulit à recitato papæ diplomate
Tacco exclamationē pag. 684 O fraudē solēnē
Cornelia lege plectendam! / Quid tibi Ecc^æ viro
principem corripienti cū Cornelia lege cōmune?
hoc ne præcepta historiæ hæc tibi debita signa
benevolentiæ hæc sacrosanctæ sedis modestiam
Et Ecc^æ Imperii urbanitatem decet? Equidem id
omne ~~et~~ et ab historico & à viro tui simili qui
ad hunc honoris gradū evectus præ ceteris se
Xpianum Antistitem pium religiosū debet fateri
quam maxime alienū puto
Tandem illa pag. 695 admiratione dign. ūr
Vnde ~~emiste~~ emiserit ut falce Ap^ca succisi infelices
palmites idem & quæ sequuntur & pag 696

imitantur plane atq; sectantur qui iisdem quibus illi legibus Siculam revocant atq; renovant Monarchiam. Illi Sede Ap^ca obnitente hi multorum ac seculorū spatio permittente tuentur. Illi dū se Monarchas crearent Romanū pontificē nullius potestatis esse asserebant. At Rex Hispaniæ ceteri qui illum Monarchā Siciliæ esse prædicant & Monarchiā à summorū Pontificū diplomate acceptā & ipsū Rom. Pontificē CHRISTI vicariū omnium Dominū esse fatentur & quavis in reej obsequuntur & parent. Præterea nec quidq̄ historiæ ꝓsunt & vix credi potest quantū & ceteri quibus contraria ꝓbatur opinio & regius ipse animus irritetur. Quæ quidem oīa quicūq; perlegerit asseret potius in Monarchiā te esse & illi⁹ asseclas acerrimè invectū quā hujus rei historiā scribendā suscepisse Forsan respondes te nō contra Regē sed contra Monarchiam & illius asseclas hæc dicere instituisse q̄ in ipso historiæ hujus ꝓfiteris ingressu Verum quis major assecla quā ipse Rex qui nō ignarus Monarcha personā à majoribus suis hæreditario Jure acceptā tot pontificū authoritate permissā gravissim

doctiss. hominū judicio probatā sustinet tuetur
& regit. Hæc ipse offero meo ingenio parta
aliorū plurimorū authoritatibus dedita opera
omissis ne tecū agerem contendendo sed ut
potius Tibi obsequendo id a me scriptum
agnosceres Neqz n. minora pnt aut
pauciora contra te pari stilo atq oraōis
libertate referri Præsertim cū me
magis deceret plurima & graviss^a quæq
in unū congesta pferre quibus contra hanc
tuam vberiorē dicendi licentiam Regem
Cath^cū p viribus tuerer quā cū multa
contra Augustiss^a illius M^tē invenisse quæ
diceres. Ea abs te rogatus tibi offero
speroqz fore ut quo ego amore ac xpiana
pietate & legi & scripsi eadē tu & oblata
excipias & legas excepta

Martin. del Rio Ferd. Lopez Milano S. P.

Quas ad me Kal Julij dedisti Salmāticā, Vallisoleti vbi nūc
dego exeūte Decēbri recepi. Sane nō recentes. Gratæ
tñ q abs te. Vnū offendit animū meū, laudes īmodicę
ꝓbē mihi cōscius sū tenuitatis meæ & curtæ supellectilis
sapiæ Si me amas abstine deinceps: Nec mihi inos
ꝯ faciūt erubescere frēm tuū n̄ vidi nec mirū si
ille Salmcæ ego Pinciæ Cupio illi tua causa vt qui
optime Superiorib. mēsib ægritudo me lecto hic
adfixit et iam morti ꝓximꝰ erā cū deus retinuit
in hac statione Conor qualescere & paulatim me
studiis assueris reddo. Sacris libris duo qui vtinā
me meliorē & aptiorē coelesti ꝓriæ ad quā tēdimꝰ
reddāt Vale Vallisoleti ꝑrid. B Tho. MDCV

D. Laurentio Ramirez de Prad. Ioannes Maceda. S. P. D.

Ego tibi ut non rescripserim? tu, ut hoc credas? Nemo mihi inter mortales (testis ipsa fides) in maiori precio, quam tu; & ego (testis eadem) nemini devinctior, quam tibi. Qui ergo tu credas, piaculum hoc à me commissum? Exquo tua ad me perlata de Plinij loco ventilato nulla alia accepta. Tute cogita, quantæ calamitates possint, & soleant accidere epistolis in intervallis locorum. Tu das famulo, ut perferat ad tabellarium: &, vel ille amissas per desidiam non perferat, vel hic acceptas non locat in scrinio debito, & uterq; bellè mentitur. Similia istis expertus sum aliquando nec tu fortassis dissimilia. Vincit semper tui amor in imis sensibus, atq; hic ita magnus, ut mille Harpocrates superet, si in me essent. Creuit hic amor tuis nuperrimis, creuit tam bonis fratribus, quos habebo tui loco; in quibus emicat rara indoles, & specimen ingenij tui præclarum. habent inte, quem imitentur; inme, quem æmulentur: adeò enim magni in litteris, & clari ingenio, ut quiuis quantumuis doctus, æmulos possit timere: quin ego non tam æmulos timeo, quam doctores veneror. Omnes ueros nati hoc sidere. pater doctissimus, doctissimi liberi. Omnes diuites grandi librorum supellectile. Sed heus tu. nescio quid ad me allatum de tuis nuptijs ijsq; externis, nec possum meminisse quis attulerit, aura credo. Fac sciam, quid illud sit, ut parum epithalamium: assem pro illo nolo, nuces tantum.

Habebis poëtas meliores ad dictiorem tibi neminem. Fauor tuus eficiet, & amor, quo te prosequor, ut meus Apollo superet aliorum Musas. De tuo Orientio habeo, quod moneam. Peccat insigniter Delrius, cum ait virum istum fuisse episcopum Caucoliberitanum. Non sic est. fuit tantum episcopus Illiberitanus. Nam Caucoliberim scriptorum nemo, aut noster, aut externus ponit in nomenclituram episcopatuum. Suggessit hoc quidam est nostris doctissimus, si quisquam alius, in rebus Hispanicis. Is ad te opellam transmittet de hac re, quam iam laborat. Meus vates, ni fallor, cito lucem videbit. Si quid habes, quod me moneas, transmitte sedulò, & confice me uno ictu. Explico soles mecum ita facere per litteras. Quid tibi visum Joannes de hoc loco Virgilij? & postquam me audis, remittis, quod iusum tibi. Grata tibi hæc præda, videlicet, me docere, postquam deprehenderis meas ineptias. Non sic oportet. Vno iaculo rem gere, & me confice, atq vnis litteris mone. Tuus candor in monendo æquet candorem meum in te amando: absit longè dolus. Hæc ideo à me dicta, nam in illis litteris de loco Pliniano nescio quid à te rogatum de corona Cnossia. Vale sæpissime. Matrit. 6. Maij Ann. 1606.

Joanni dela cerda D. Laurentius Ramirez de prado

S. P. D.

Scio quanti amorem ergate mecum facis teste non opus est testis ipsa fides, vel hoc in causa, ut toties à te pettam, imo vi quadam exigam. Literas tuas mihi omnibus iucundiores, Quis namq Magistrum & amicum (fas sit ita ut non colat & amet? ait Seneca magistros & medicos in numerū amicorum adaptandos, hi ut egroto corpori medicinam praebere valeant, illi ut animum scientiarum litteris imbuere possint. Ò me felicem qui te elegi, talem magistrum & amicum talem. Viget semperq vigebit amor tui nec languescet, quamuis litterarum copiam non utiq mihi facias. amicitia nostra, adultior est quam ut lacte earum ueluti infantula egeat. pignora apud te habes & velut in eius tesseram fratres, quos fraterno & bonarum litterarum amore prosequor. si non fumum ex fulgore, promissos euentus spero. sperem maximos praeunte, & docente: O vera Musarum sedes Ò Apollo si lyram plectro pusses, quamtum Nitoris & quantum Leporis Epithalamium accipiet. sed de nuptijs, quid tibi dicere possim haud scio ~~ulmum~~ uitimaritandum non dum denuntiatū nec postes unguine de abutos sub oleo heu? heu! ceruicem pertinasem Jugo recuso forte fuccatum subeam, tanta est uis tuorum carminum & tanta eorum color, & pigmeta. De meo Orientio gratias esto, ago ex tuorum tuo & toto ~~sinu~~ suam opellam, ita uocas, me excipiendorum promitto ductus non leui ratione quum inter se dimicant familiares, non familiaris discriminis causa. de Virgilio quid dicam non habeo leuissima sunt, & tuo aspectu non digna Verū enim vero, ut obiter medicinam, tamquam etia Medicus. Juuenali, & Senecae praebeam haec carptim accipito Poeta lib. 2. & lib. 4. cadentia sidera dicit & lib. 8. cadentibus astris. ut significet Jam Jam solem oriri ab hoc sole lucem accipiet Juuenal. Satj. 12. Vers. 69 dum inquit Jam dificientibus Austris, ubi etiam legendum puto. deficientibus astris

1. Cadentibus. Idem Poeta lib. 4. vers. 473. ait Diras in limine sedere) q omnibus qui nondum ad ista mineruae contigerunt notu Seneca. emendo in medea act. 5. ibi penas petit Dabimus sed omnes fige luminibus faces etc. ubi lego liminibus uidetur namq ad hunc more respexisse Denosia corona. praeter sensum Astrologicum omnibus notum addo ibi committi metonymiam quinti gen. 1. stella ardens gnosiae coronae de qua stella Manilius lib. 1. Astr. At parte ex alia claro uolat arte corona lucemicans vareo, nam stella uincitur una circulus in medio radiens etc. Vnde licent Poëticam letuniatam a Pontario illo in leonem injuria debemus reprehendere. Vale mi Joannes & haec ab animo sincero profectu hilari fronte exige.

Seneca

Joanni de la Cerda e Societate. Jesu

D. Laurentius Ramirez de Brad.

S. P. D.

Iterum lacesso, iterum eadem chorda oborreo: sed Amor impullit, ut enim ij, qui per clivum decurrunt corporis sui pondere victi, vel inuiti, propelluntur in lapsum: ita ego amore tui motus, quominus iteratis illiteratis litteris te interpellem, haud possum. Locum Virgilij post epist.m missam intellexi, aliquot praeter auctorum nostri aeoi opinionem illustraui. Attende, & si album calculum merentur, signa, & resigna, ita enim major pars mei vitabit libitinam. Nonne meum nomen tuis scriptis viuet? est locus lib. 5. Æneid. a vers. 644. dum inducit loquentem nutricem natorum Priami cui nomen Pyrgo, & atestantem Beroën non fuisse quae putabatur, neq esse hominem, sed Deam, quod multis inditijs comprobare his uerbis aggreditur:

Non Beroe vobis, non haec Roetheja, matres
est Dorycli conjux. diuini signa decoris
ardentesq notate oculos, qui spiritus illi,
qui vultus, vocisq sonus, vel gressus eunti.

addendas Suet. in Aug. c. 79.

quae

quae omnia sigillatim transcurram, noua radicitus eruens, ab alijs vero notata insinuans tantum. De decore multa apud Criticos. quod sequitur. Ardentesq notate oculos notandum, & intelligendum ex Heliodoro lib. 3. Aethiopicorum ubi in haec verba ex versione Comelina inquit Calasiris Dij & numina Cremon, venientia ad nos, & a nobis recedentia in alia animalia rarisime in homines autem, ut plurimum, sese transformant, similitudine magis, vt visum in somnii esse opinemur, nobis imponentes. Quamuis igitur prophanos homines latuerint, tamen quin à sapiente cognoscantur effugere non possunt sed ex oculis notari possunt, quum continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant: & magis etiam ex incessu, qui non ex dimotione pedum, neq transpositione existit: sed ex quodam impetu aërio, & vi expedita fin-dentium magis auras, quam transeuntium. Quam obrem statuas quoq Deorum Aegyptij ponunt, conjungentes illis pedes, & quasi unientes. Quae etiam Homerus sciens ut Aegyptius, & doctrinâ sacrâ instructus, occulte, & involute versibus reddidit, relinquens intelligenda iis, qui possent. De Pallade quidem —

— Atq truces oculi fulsere tuenti.

De Neptuno autem.

Namq pedum, crurumq simul vestigia pone
perfacile agnoui remeante.

Tanquam fluente in incessu, non ut quidam decepti, perfacile agnoui, putarunt. Hactenus Heliodorus. Vides ut ex continuo intuitu nec turbato palpebrarum motu Dij cognoscebantur, quod, Virgilius, imitatus, uti solet, Homerum in loco Iliad. 1. vers. 200. ab Heliodoro S.a scripto, apposuit, nam inter signa diuinum numen indicantia ardentes oculos enumerat. ardentes enim oculi sunt qui haerent, & continuo obtutu micant. Valerius Flac. pme lib. 6. Argonaut.

At regina virum (neq enim Deus amouet ignem)
Persequitur lustrans, oculisq ardentibus haeret.

Idem Virgil. lib. 2. Aeneid. vers. 210. et lib. 5. Parte ferox, ardensq oculis, et sibilla colla Arduus ad lens.

Qui oculi micare possint, nisi palpebrae non se mutuò laederentur? De incessu etiam Heliodorus misterium resignat. ex cuius interpretatione lucem accipiet hic Poeta & lib. 1. vers. 409. Ceterum ex proceritate Dii agnoscebantur ipsemet Virgilius lib. 2. vers. 591. & ibi omnes, lateq ego sum prosequutus ad lib. 3. Martialis Epig. 20., noviter interpretans illud Æneid. 1.

Purpureaq alter suras vincire Cothurno.

Ex his omnibus intelligendus Seneca Epist. 116. incipit Nimis anx
Vbi signa supra dicta, videlicet staturam proceriorem, & ardentes
oculos recenset, citans Virgilij locum Æneid. 1. & ad cetera, quae
alludens Vbi Lipsius, heu quondam meus! nihil notauit, quamuis ita
legerit, & interpunxerit. Supra mensuram solitorum intuentes ad
elatam, oculis miti quidem, sed nihilominus vivido igni flagrantibus,
demum illam Virgilij nostri vocem verens, aut altonitus emitat. Haec
sunt quae habeo, tuae limae expolienda trado Vale, & vive, mea
ama Salmanticae XIII Kal. Jun. 1606

D. Laurentio Ramirez de prado Joanes de la cerda S. P. D.

Binis tuis, quas accepi modico dierum intervalo, vnas do. Sed longè meæ à tuis distant. Tuæ plenæ suâ eruditionis, & literarum; nostræ ieiunæ, & squallidæ. Conamur tamen, ut in nostris non desit humanitas, & officiũ, quod in tuis quoq mirè elucet, vt hoc uno compensemus tuarum virtutes plurimas. Semper à tuis doctior euado, ut inquibus inest iam gustus salis critici, iam rara & insolens eruditio. Ô præclarum iuuenem natum Hispano nomini illustrando. Habemus & nos inte uno Lipsios, Scaligeros, Junios. Blaterene licet externi, & nominẽt Hispanos barbaros, tu unus illorum opinionem refelles, & a tenebris, quibus nos demersos putãt, Hispanum nomen in apertam lucem vindicabis. Fortius Hispani, & validius incumbunt in rem, quam pertractandam suscipiunt, vt apparet in alijs doctrinis: quod si in re humaniore ab illis superamur ea demum ratio est, quia nos has litteras contemsimus dediti nimium aut Theologiæ, aut iuri: si uerò aliqui hoc sidere nati sunt, vt ament has literas, frustrà illi insudabunt. Hæ cum considero, tu mihi statim oberras ante animum. Priores tuæ mirè placent, inquibus inest correctio Juuenalis & Senecæ. Versus Manilij, quos indicas de corona Cnosia noti iamdiu mihi ad vatem illustrandũ, sed non expensum quod asseris de metonymia, istud erit tuo nomine adiiciendum. Locum Heliodori, quem continẽt posteriores tuæ, videram ante annos decem in Joanne spondano in commentar. ad Homerum 12. il. vbi ille Homerũ, Virgiliũ, Heliodorũ confert: atq inde illustrat quoq locum Exodi. Qui locus in Spondano lectus mihi ansam præbuit ad legendum Heliodorum, in quo multa reperi illustrando vati. Verum est ab spondano Virgiliũ illustrari non 5. Aen. sed 1. vbi venus apparet nato venatricis habitu: in hoc tantum ab illo dissides sed locus Valerij Flaci de oculis hærentibus mihi ante tuas non expensus, tuus ille est omnino, adijciendus quoq ad ardentes oculos tuo nomine, nam de Heliodoro etq latè ad 1. Aen. ex spondano. Vale amantissime Matrit. 1606 Maj 27. etc.

Quid Quid quaeritur optimum videtur

Roberte Scheldiere

Cujus doctrinam suspicio, iudicium admiror, aetatem Nestoris fingo solatio innani aemulat? litterariae blandiens.

TE

in Curia elegi, in itinere selegi, Salmanticae heu! desidero. V Kal. Novemb. MDCCIII

Don Laurentius Gomez de Bra[illegible]

Ferdinandum Lopez Milan. Nobiliss.o D.
Laurentio Ramirez in nixis.e S. M.

Quod faetitare debueram usq nunc distuli vere malo meo, vnde uera
fatearis impidimenta. Veletudo imprimis obfuit inclinato parieti & dipulsae
maceriae crebrari immo crebrerrima. postea abfui cum acleras; cum
aderam te abesse cognoui; ac dulcissime patris dulcissimos amplexus petisse.
Quid ultro quereris? non ne ipse ocdepol perditum iui? Sed iam; iam restituo,
& cum lucro. Clientem, qui meas equidem faciet gratissimas: fratrem Hiero=
nimum minimum familia concionibus maxumum, tua dignum benignitate:
non illum laudibus aequare; non sibi damnum melius possum instaurare.
Illum ex mea commendatione, ex illius merito; ex hea magis indole fami=
liarissimum suscipe faciesque optume Lacerenti, vt nec illum me parum
fidum intelligat; nec ego illum egentem credam; nec nos te metamor=
phosim fecisse existimemus. Videbis Theologum ingeniosissimum: inge=
niossum modestissimum: modestum iocundissimum. Audies scholasticum
subtilissimum: subtilem humillimum: humilem, qui suum honorem alteri
non dabit. Tandem auidissime vtebere monacho, qui supra monachos
suauissimas literas nescire desiit. Alia, quae in illo multa sunt, vt
semper noua explores tempori linquo detegenda de illo etiam non nulla
Martino nostro; multa tu maiora, & Hercle vtiliora. De meis ineptijs quid?
Hieronimus aliqua referet: plurima expecta; cum iterum exul a
patria, patriam inte vno requiram, Charissimis fratribus charissimas
commendationes impertito. Si aliquid nostro sidere ex me tibi necessum,
quam fidenter expostules, tam celeriter habebis. Vale musarum decus
Olisipone Kal. Julij XCV.

Bartholomeus Morlanius D. Laurentio
Ramirez de prado S. P. D.

Eniterum appareo. vix aliter moram purgaturus. cuius cum
recordor rubore pene suffundor. piget etenim atque suppudet tamdiu
siluisse ad tuas non sine aliqua desidie labe (& si nulla in fido hoc
pectore & amico) sed aduolutus pedibus tuis hæsi: & ad ipsam Miseri=
cordiæ aram causam dicere cæpi: feci fidem pænitentiæ: vere credo
emendatum, quia delinquisse me sentio: videorq audire sententiam
qua absoluor si emender: sin minus: serio edicis Manliano quodam
imperio AMICITIA TVA VLTRA NON VTOR
apagesis AMOR RESTVAS TIBI HABETO: id præstare
re & animo polliceor, & caput hoc tango D. Antonius de Torres ad uos
redit studiorum causa. vtquæ intermiserat restauret & absoluat. hun ani=
mum ex probitate oris, tu ex lactea cute, quæ iuuenili rubore suffun=
ditur grato iucundoq adspectu noscis si penitius introspexeris ex candore
& comitate mentis. quid aliud hæc omnia sibi uolunt, vl. prædicant, quã
probam indolem, probam item institutionem; illam gemo: hanc debet
Patribus Societatis Jesu: quibus cum maiorem diei partem iucundissime
transigebat, mira eius voluptate, copioso item fructu virtutis, & prudentiæ
quam plenis faucibus ex limpidissimis his fontibus hianti ore hausit. vt
sperem (nec fallet vmquam spes) eum vehit arborem ad flumen iniquã,
ad omnem laudem magis magisq assunectuni, & suis honori patriæ
vsui futurum. Vnde nihil minus quam testimonij mei calculo ei opus
cum ipse plenum de se vbique det: apud te plenissimum confido, si noueris
quam valide eum amem; nam mihi charus, tibi futurus non dubito.
parentes utriusq nostri a tirocinio studiorum arctissime se dilexerũt,
scis quam flagrantissimus sit amor iste, liberi heredes amicitiæ
paternæ, quæ vllo præciosior auro, mansit hac postea, nec refrixit
iudicio, sed inualuit, & tempore inoleuit. Ergo iuua illum mea causa,
tua, illius, mea quia unum sumus: tua, quia tui animi omnibus bene
uolentibus abunde specimen prebebis. illius quia te indiget patrono,
& opera tua ei opus: quam ut benigne & ut ingenium tuum est
comiter exhibeas, te rogo Lupercius noster de more semper moras

nectit

nectit, pollicetur saepe, saepius a me interpellatus, spem abijcio fatigatus a fatigato quicquam extorquendi, nunc demum cognita Lipsij morte O utinam ne tam certa! quam immatura, tametsi in matura aetate, meliori occassione, instanter petij, pro mutuo eorum amore, per literas genito, ut saltem Elegiam scriberet, spem item fecit nescio an opere complendam, tu interea Epitaphio eius quod sibi uiuens apponi curauit, fruere misit nuper Toleto P. Joannes Mariana. Tu audis haec & legis, & quiescis, & manum stilo non inijcis? ut saltim subito aliquo dolore effundas subitum, & sub manu natum carmen scio Musis hilarioribus te addictum, maestiores te nunc vocant tali orbatae parente, non semper eadem ijsdem facies. Solare illas & nos; illas, quae Parnasium hunc alumnum amiserunt, nos, qui totius litteraturae vere Principum Principem sed pene subscribere uolebam epistolam, & claudere, & tradere D. Antonio cum ecce nuncius, male se habere dicit, in lecto decumbere, graui morbo laetali denique, a quo intra paucos dies quinque, vel sex, flos iste iuuenum, velut riente quodam aestu, absuptus est. O Pareae tetricae et inuidae! quam parce fila vestra neuistis, ut cito succideretis. Utinam muco pollice aurea torqueretis!

Ut ——————— iuuentae flore laeto perfrui

Aeuique supra puberis. posset sed aliter uisum omnia uidenti. Lapis ille sepulchralis ecce retro nos clamat & paululum sistere & morari iubet, serio intonans. Vitam ecce vehit auiculam, quae pueri manu tenetur, et saepius in ipsis primordijs euolare. Haec meditemur rreminemur, tanquam caput, & finem, imo metam sapientiae, mortem nempe habere in animo, in oculis, ab ea neminem immunem, ex quo nati sumus, quin subijciamur huic tributo. Tu mi Laurenti in animum haec conde ac me vna; qui tui amans sum atque ero quamdiu erit haec vita. O Utinam tua Pylio sit numerosior aeuo, id ex uoto meo, et bono publico opto, voueo. Vale Caesar Augusta VIII. Kal. Octobris. Anno CIↃ IↃCVI.

Epitaphium Justi Lipsij quod sibi poni voluit

Quis hic sepultus quaeris? ipse edisseram
Nuper locutus et stylo et lingua fui.
Nunc altero licebit. Ego sum Lipsius:
Cui litterae dant nomen et tuus fauor
Sed nomen. Ipse abiui, abibit hoc quoque
Et nihil hic orbis quod perennet, possidet.
Vis altiori uoce me tecum loqui!

Humana cuncta fumus, umbra, vanitas
Scenae imago, et uerbo ut absoluam. Nihil
Extremum hoc te alloquor
aeternum ut gaudium tu apprecare

Justus Lipsius uixit annos LVIII. obijt anno Christiano M. DC. VI. xxiii. Martij.

D. Laurentio Ramirez de Prado Viro nobilissimo et humanissimo Robertus de Schilder S. P. D.

Ereptus viae incommodis, et meis redditus, nihil prius habui quam adte scribere, vt sedulitatem meam tibi probarem, et grati animi specimen ederem. est enim probi pectoris character non solum coram, et sub oculis demereri gratiam alterius: sed longe positum meminisse acceptorum beneficiorum, idque assidua praedicatione rependere, ne fiat istud quod fieri non raro uidemus

Demophoon ventis et uerba, et vela dedisti mult. nam hoc aeuo Demophontes, quibus ne me annumeres, efficiam ne desideres in amore constantiam mei respondebo expectationi quam indoles mea apud te excitauit, quae si non naturali motu ageretur, posset uisa aprobata tua humanitate et liberalitate impulsa cuius memoria in pectore meo semper vigebit, dum sensim mihi sine sensu vita labetur. Vale vir nobilissime et me usu et mancipio Liuium, amare perge

Matriti Kal. Nouem. XCVI.

D. d. fratres tuos ex animo saluare iubeo, alteri scribam cum primo vacabit nunc autem non uacat. Iterum meum designatum legatum ad Imperatorem palam dicitur. Velim mihi impetres a Santio epistolam adte Vinculis scriptam. Aueo scire num D. Joannes fonseca decreuerit publici iuris facere commentarium suum in Terenti Andriam, et an perduxerit ad Umbelicum, decreui ipsum prima oblata occasione per epistolam adfari. interim ipsum ame saluta.

~~Robert Scheldiero S. P. D.~~

Monsavoerius Domino Laurentio Ramirez deprado.

S. P. D.

Nunquam fui credulus illis (Ill.me dñe mi) vel Graecis vel Hispanis; qui, priscae nescio cuius prouerbij fabula fidem adstruentes amico discedente, conclamandum duxissem statim ὡσοῦτον φίλος ——— lexos de ojos lexos de corazon tum q amicitiam veram (qualis à me tua semper aestimata est) vllis absentiae rationibus arbitrer obscurari non posse. tum vel maximè q gnauiter contrarium omnino sim expertus ὡς οὐδὲ ἀποδημίων ἀπεστάτουν τῆς πρὸς σεφιλίας (charites juro) tantum abest ut absenti mihi exciderit amoris tui flamma (imo lumen) ut quò incedentè latius altius me erga virtutes immortales tuas incensum det (donec cinerem me fecerit ardor) non fortuna (cuius certior vellem fieri omninò nescius quae illic post discessum meum accesserint) sed Gratiae assestrices Tibi quae vetant capitis obliuium, bonis omnibus inter renidentes Hesperias earumque fulgentia sidera. & (verè etiam dicam) elegantiora ingenia, tam chari.

Vnum tibi, Nate Dea, ac prae omnibus vnum addam νέους φιλοὺς ποιῶν τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου fiet enim ut quancius multos & innumeros paret Tibi nouiter fortuna, Jure tamen & tempore ac effectibus affectibusq veris non cedant quos veridica conciliarunt Musae atq inter hos praesertim virtuti ac dignitati tuae cui inserviendę paratissimus deuotissimusq semper.

Johanem de prato latorem literarum honestissimis moribus adolescentem cōmendo tibi qua debeo reuerentia ~

Robertus Schelderus. D. Laurentio Ramirez de pra

S. P. D.

Cum vicinus meus ad te iret nolui hoc epistolio incomitatu
demittere ne neglecti officij notam incurrerem; vtq tuas vicis
elicerem iudices perenuantis tui ergame affectus. Nondum ad me
perlatum est responsum a Casaubono à tempore reditus mei nullu
veredarius aduenit e Belgio vbi addiuerit suam quid eris nostr
euenerit. quae tibi pollicitus sum circa triumuiros amorum strenu
exequar, aueo scire quibus in studijs modo aeuium excolas an
tetrica Astraeae munia lustricae obeas an mitiores nostras litter
tractes; nam te otio vitam transigere non est quod cogitem Vale
vir generosissime & Academiam Vestram alumnis praepotentem
porro illustra. Matriti. V. Id. IX breis ∞ VCVI.

nitibi graue est fratres tuos D. Joannem fonsecam DD. Solorsanum fa
dum, salas à me salutabis.

Michaeli de la Cerda D. Laurentius Ramirez de prado
S. D.

Jam schediasma meum magni facio, cum illi sit datum tuas manus attingisse, & jucundissimo conspectu frui. quo ego ita delectarer, ut nullam officij ergate onus cuiq reliquum facere conarer. sed quia rationes vitae meae nunc ad te ire non patiuntur, saltim litteris salutare gaudeo plurimum, & tuae amicitiae vinculis libentissime adstringor, quibus nihil duco suauius. quanta sunt! quanti aestimo! quanta inquam! si suauitatem morum, eloquentiam sermonis, doctrinam, ceterasq animi dotes, adspiciam quae me hercule suspicio. legi attente & perlegi tuam epistam, quâ sententiam de interpretatione loci, Pliniani aperiebas acutâ sanè veluti ab homine docto prolata, & calculo Mercurialis lib. 6. Variarum cap. 20. & Desencampi hôc in loco probata. sed ut dixi nullam possumus inuenire antiphrasin si attendamus verba & ea recte interpraetemur N.e F.m Sanchez. in Paradoxis nam omnia ea verba, quae per antiphrasin grammatici dicunt esse concepta, per euphenusmum concipiuntur, mali omnis vitandi caussâ. Ideo ne dicerent antiqui maledicere. benedicere dicebant &c. & licèt per sapientiam (q falsum est) desipientiâ possemus significare. Quî sensus quadraret. Morbus est ~~enim~~ mori per desipientiam num cohaereres cum sequentibus, & antecedentibus? minime agens Plinius de certis legibus morborum, & circuitibus, eo subiungeret ne est aliquis etiam morbus per desipientiam mori, qui morbus ita conceptus nihil commune habet cum his, quos in hoc capite apponit & cum legibus a natura eisdem morbis praescriptis praeterea non cursim dicere moritur ille per quartanam dicturus Murio de quartana. Haec sunt, quae ad hunc locum habeo, nec alia a veo, Jam enim per sapientiam morior, tot opinionum discrimine agitatus. vale meq ama Sal. postidre Kal. Sep.

In priori nâq exemplo particula per habet significationem, quâ in meo sintagmate dixi significat partem illam sirca quam homo moritur posteriori uero

particula per non habet locum nam si Te judice illa uerba interpretemur per causam reddit ingua significatione inueniri haud quaquam potest. —

Isaacus Casaubonus D. Laurentio Ramirez de Prado Viro nobilissimo S. D. —

Vt uidi epistolam tuam, Vir nobilissime non continui me quin totus ἐκτὸς ἐαυτοῦ exultarem atq adeo insigni quam gaudio, uix apud me essem non enim abignoto mihi Viro epistola illa venerat: sed abeo, quem propter singularem & admirabilem eruditionem, (nam genus altum & [illegible] plerag nobilitas cedere postulat prætermitto: Jdiu ἐστὸν ὀνομαστὸν Vehementer colebam. Videram enim legeramq auidissime tuam illam de Leo Pliniano diatribam elegantem sanè in literis video & doctam atq ingeniosam. Eius scripti tui lectione ita equidem fueram affectus, ut sublatis in cælum manibus omnia tibi fausta ac lata statim precarer neq abeo die tuum nomen in ore habere & apud solide declos celebrem desinerem. O felix uiue diu nobilissime iuuenum, & quod cepisti facere ad pulcherrimum illud philosophiæ & melipsum literarium temperamentum ἀνὴρ ἀγαθὸς ducem te grabe Hispaniæ tuæ. quorum ut acre ingenium, judicium & flebilitatem in scientijs vulgo omnes laudant: ita non desunt, qui in tam erudito hoc seculo, linguarum & philologiæ notitiam in plerisq Vrbe gentis scriptoribus desiderent. quo maior admiratio animum meum incessit, cum illam tuam diatribam vere ἀτεχνῶς opus primum legi nam in reliquis libellis, quos de eodem argumento scripta hactenus vidi isthi nuper edita; nihil offendebam quod iure mirarer non nulla propter quæ iure indignarer. quis enim recto iudicio qui sit καλὸν ἀγαθὸν καὶ νεανίαν interpretationem illam verborum magni scriptoris patienter legat. Omitto genus scriptionis cuius profecto gratia nemo paullo doctior vadimonium sit deserturus. Tu quem sententiam propugnasti & quod paucis dahora latine scribere illum tuum antagonistam docuisti. denig effecisti tribus chartis ut nihil sit tam arduum in literis quod sperari à te non queat. id specimen nobilissimi tui ingenij dedisti. Nostra uero scripiuncula, quod tantopere exoptis, agnosco benevolentiam tuam. Non negauerim amore ingenti literarium abineunte æstate flagrasse me semper. Si quantum effecerim ne sane pau-

Jneid

